


FROM THE LIBRARY OF

Professor Karl Heinrich Rau

OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG

PRESENTED TO THE

UNIVERSITY OF MICHIGAN

BY

Mr. Philo Parsons

OF DETROIT

1871

5.10.3.1.
D
7
.R712



11634

TRUTINA STATUUM EUROPÆ,

Sive

PRINCIPUM CHRISTIANI ORBIS INTERESSE,

Opus magni olim Galliæ

DUCIS DE ROHAN
Gallico idiomate conſcriptum,
Nunc verò in Latinum recens translatum.

HELMESTADI,
Apud MARTINUM VOGELIUM, & JOH. GEORG. TÆGERUM.

ANNO CIↃ IↃC LX.

Circumſpecto ac pereruditó
Juveni-Viro,
D. RUTGERO HERMANNIDES
S.

NOn imperite quis dixerit Mortales naturæ imitatores eſſe, dum mutua ſibi præſtant officia: quicquid enim in mortali hac facie viciſſitudine laborat, totum id commutativæ ejus bonitatis quædam imago eſt. Quod ſub naturæ auſpiciis incipit, id ejuſdem perficitur telâ, ac tandem revolutio ſuo curſu ad eandem redit, juncto ordine rebusq; ſibi, tanquam per junctas gratiarum manus, opitulantibus: ut nec mirum ſit, mortalium gratitudinem hoc imaginis habere, quo tota repræſentat naturam, dum, quod accipit, pari retribuit affectu, totum id putans alienum, quod in ſe confertur, nec prius à ſolicitudine vacua eſt, quam debitum hoc exſolvit.

Ita præclara tua Virtus, & ſumma

dexteritas, quibus pleriſque paſſim gratificatus es ingeniis, idem hodie à me exigit officium à natura commune, ut degener ejus mihi viderer filius, ſi non communi hoc omnium beneficio tibi etiam pari paſſu gratificarer, quo & ipſe prius Author Gallico, & ejus deinceps Translator toti gratificatus eſt mundo; ne minor meus exinde in te pateat affectus, quàm ei in univerſum tenebuntur omnes, quod dignæ huic operæ nequaquam pepercerit, ubi otio fruiturus, manum à negotio abſtinere potuiſſet. Nam cum privato prius ſolatio opuſculum hoc conſcriptum, in regis deveniſſet manus, ac frequentius ſtudio ejus tritum, tandem plurium ceſſiſſet lectioni, iniquum fore judicatum eſt, ſi Celſiſſimi Magnatis hujus acumen, ac perſpicax in rebus Politicis ſolertia privatis hactenus parietibus delitеſcens, non publicè pateret, cum latè diffuſa naturæ ejus bonitas tam arctis cancellis detineri haud poſſet; donec

Galli-

Gallico prius orbi impartita in vicinas regiones radios ſuos ſparſit, Europæ mox, & totius univerſi faciem illuminatura, ſtudio ejus, qui Gallicæ Minervæ has debuit gratias, & meâ operâ, qui optimorum more, publicum bonum libens promoveo. Duplici itaque gratitudinis vinculo obſtrictus, ad exemplum eorum, qui communi hoc bono debent, ex publico, idem opus in publicum profero, at veſte alia indutum, ne quis forte prioris illius habitûs inſvetus, ſi peregre illud conſpiciat, ad nudam ejus faciem obſtupeſcat potius, quàm mentem aſſequatur; ac exteriorem ejus ſpeciem contemplatus, vacuus tantum ſpeculator redeat, genuinæ ejus mentis, atque ingenii ignarus. Nomen ejus alio præfixi titulo, ne Romanæ quis facundiæ peritior ad barbarũ ſonum reliquo ejus habitu non inſpecto, illud negligeret, per omnia tamen decori ejus formâ ſervatâ, niſi ubi ob penuriam minutiarum ornatus defuit, ratus innatam potius naturæ indolem quæ

ſola genuina eſt pulchritudo, exhibendam, quàm fucatis lineamentorū pigmentis contaminandam, ne omnis exinde laus, quæ debetur naturæ, ad alium rediret authorem. Idem ipſum tibi, Vir Eruditiſſime, jam offero, ut, qui hac tam matura ætate, tuâ pluribus non defuiſſe operâ, à me compenſatum habeas, quod à publico jam pridem meritus es bono, ac videns quàm officioſo in te affectu ferar, pari me amore proſequaris. Vale.

Lugduni Batavorum,
XII. Calend. Septemb.
Anno M DC XLIV.

PRÆ-

Liber hic haud publico conſcriptus bono, ex intentione Authoris privato tantùm tædio pellendo, vel otio præoccupando inſerviebat, quo tum honeſtius fruebatur, quam qui ludis aut venationi incumbunt; verum non ſecus quam vel invita natura, qua uniones, metalla & id genus pretioſa hominum uſui, & oculis detrahere voluiſſe videtur, politiora artium ſtudia, & commerciorum facilitas aut ornamentum, & vitæ hujus voluptas cauſam præbent ea quærendi in fundo uſque maris, & intimis terræ viſceribus; ita publicum pariter commodum, & avidum honeſtorum ſtudium, inſignem hunc librum ex privatis manibus, quibus premendus erat, liberarunt, Cimmeriiſque tenebris, quibus deſtinabatur, ſolutum in publicum ediderunt, ubi ſummo cum honore & magna æſtimatione comparuit.

Manus, quæ primam rumpendæ authoris intentioni admoverunt operam, eumque privatam conditionem in publicam commutare juſſerunt, omnium erant nobiliſſimæ. Rex

Rex, qui ſummo ſemper rei militaris ferebatur ſtudio, quique, procul omni mendacio, artis hujus exercitatiſſimus audit, quamprimum eum compoſitum inaudivit, ſtatim ejus videndi deſiderio flagrare cœpit. Ex interiori poſtea Regis conclavi prælo ceſſit, opera cuiuſdam, qui ſibi permiſſum judicabat, tam egregium præceptorum & militarium inſtructionum fontem, publico bono communicare, etiam ignaro illius Authore.

Quo tibi exactius innoteſceret, lector benevole, quodnam ſit operis huius pretium, & meritum illius, qui primam in eo componendo ſuſtinuit operam, ſufficiet mihi te invitaſſe ad lectionem unius, & alterius, vel nomen tantum indicaſſe. verum eo mihi ſatisfactum haud volo: plura tentabo, & ſine additione rei cuiuſcunque, qua opus hoc non indiget, cum propriis bonis ſatis ſuperque abundet, conabor ad oculum probare virtutes, quas fortaſſe non animadvertiſti, vel ad minimum huius perfectionis gradui haud comparaſti, quam tibi denudabo.

Quem-

Quemadmodum aſpectabilis mundi huius pulchritudo oritur ex ordine, qui in eo obſervatur, & omnibus ſuis partibus perficitur, ex æqua ſituatione motuque regulari partium mirandæ illius machinæ; ita in moralium rerum ſucceſſu, ac ſocietatis humanæ curſu, perfectio conſiſtit in obſervato rei cujuſque ſuo ordine, & ſuæ cuiuſque functionis exequutione. Certe cum hominum invariatis ſtudiis ſuo quiſque officio manus admovet, & in præſtandam obligationem enititur, cui exequendæ locum in hoc mundi ordine capit, nulla eſt tam elegans omnium in rerum natura conſonantia nec ullum datur ſub cælo dignius ſpectaculum. Hæc unica via eſt, quæ nos ad beatam felicitatem ducit, quò omnes adſpirant.

Harum obligationum, quarum nodus eſt indiſſolubilis & neceſſitas, duo ſunt, aut ſola aut præcipua, quæ homines obligant. Prima eos ſolum ſpectat ut individua ratione prædita, & ut ſecundum hanc differentiam eos à reliquis brutis natura ſeparat: qua tales, dignitati ſuæ naturæ conformes vivere te-

 nentur.

hentur. Et quemadmodum inter facultates ipſorum animæ, ratio eſt præcipua, ita eadem facultas debet eſſe dominans: quemadmodum illa, natura ſimul atque fax eſt voluntatis, ita eadem haud ſequi debet lumen ſibi contrarium; & ut eadem nobis præeminentiam contribuit inter bruta; ita nos eidē imperium ſtabilire tenemur in affectus,& motus appetitûs, qui nobis cū brutis com̄unis eſt. Hinc in praxi conſiliorum hujus dominii,& mandatorum ejus exequutione conſiſtit,id quod appellamus virtutem, quæ definitur eſſe honeſtas: quod ipſum officium conſtiſtituit, & quæ vera eſt baſis honoris humani.

Primus hic obligationis nexus æqualis eſt & uniformis omnibus omnino hominibus, ex quo per judicium licet, nec quiſquam mortalium eſt, qui eximi queat à vita rationi conformi: quique vitæ ſuæ actiones ad hanc normam dirigere non teneatur. Secunda illorum quodammodo propria eſt, aut plerumque voluntaria, neque eis incumbit, ſi non cum partem ſocietatis civilis

aut

ut præcipua politicæ adminiſtrationis membra eſſe contingat, quo reſpectu authoritatem exercent vel ſupremam & independentem, ut Monarchæ, vel ſubalternam & inferiorem, ut ſubditi. Hæc authoritas majorem virtuti viam aperit quam ultro haberet, & ad decurrendum ſuum ſtadium magis incitat: vim ejus longius extendit, inque diverſas partes ſpargit, tum ipſam demum efficit cauſam & principium comunis felicitatis. Porro publicarum perſonarum virtus, præ virtute privatorum hoc habet, quod magis alliciat, pluriumque ſibi amorem conciliet, ob inſignia fortunæ ornamenta, quibus decoratur, tum & poteſtatem quæ illam comitatur, ac præmia quæ illam ſequuntur.

Utraq; hæc obligatio hoc requiſiti habet, ne quis in aliud aliquod exercitium enitatur, antequam primum prius officiũ præſtare queat, neve dividendo diſtrahendove tempus in diverſa munia, utriusque ſimul jacturam faciat, naturæ videlicet atque civili juri haut ſatisfacto: adeo ut rerum aliarum ſcientiis nihil temporis ſurrogari debeat, præ-

terquam quod iis rite ſuffurari poteſt. Nihilominus tempus inter reliqua mũdi eſſe fatemur, cuius potiſſima hominum pars pravi exiſtunt diſpenſatores, malique œconomi. Nec quicquam hic dictum volo de iis, qui publicè vitia profitentur, quorumque mores cum Dæmonum commutantur vita, vel in eam degenerant quæ brutorum eſt. Hos intelligo, qui ſe nequicquam mali agere credunt, imo honeſtioribus occupatos cenſent, dum vanæ rerum contemplationi & fruſtraneis occupationibus vacant. Datur, illud vitii vel à noſtra manare conditione, quæ ut plurimum ita facillime ea averſatur, quæ nobis commendantur; vel à vitio pondereve alicuius temperamenti, quod alioquò propenſius inclinat: vel ab inſtitutionis modo, qui nos ei aſſuefactos reddidit: vel ab exempli vi, quod nos ad eorum imitationem movet, quos magni ſemper apud nos habemus: At quot ſunt, qui ut graviſſime in eo allaborant, ne quid minus ignorent, quam quod eos ignorare decet, omniaque quam exactiſſime peragere queant,

præ-

præterquam quod ſui non eſt muneris? Malum hoc tolerabile adhuc foret, ni vitium eius, ultra inferioris conditionis homines, eos etiam occuparet, qui in Reip. ſtatu potiores audiunt, vel ſi quando aliquis alium, ſine præmeditato *ſtudio* ac inſufficientibus tanto molimini viribus, ad clavum Reip. aſſurgere non cerneret, ac in eis demum conſidere locis in quibus ſuprema principum authoritas viget: unde tandem deſudant extrema fortunæ bona vel mala, prout iis abundant.

Quidquid ſit., tamen prout prima obligatio, cuius mentionem iniecimns, æqualis & uniformis eſt omnibus mortalium; ita ſecunda dſverſæ omnino eſt conditionis, diverſamque induit formam, pro diverſo rerum ordine, quem cui in ſocietate obtinere licet, aut perſonarum diverſitate, quam cui repræſentare contingit. Vaſa, quæ apparantur in magna aliqua domo communi inſervitura uſui, non ex eadem confecta ſunt materia, neque eundem obtinent uſum: nec omnia corporis humani membra oculi ſunt, nec reliquorum

 mem-

membrorum regimen habent atq; moderamen; ita non omnes, qui Reip. adminiſtrationi adhibentur, pari officiorũ authoritate præditi ſunt, nec omnes Intelligentiæ, qui primos ejus cient motus, primi etiam ſunt ordinis.

Jam vero inter omnia officia, quorum uſus ad perſectionem civilis adminiſtrationis concurrit, nullũ procul dubio eſt, quod de præſtantia certare poſſit cum eo, quod in armis ſitum eſt: neque in civili Reipub. adminiſtratione quicquam majore nominis celſitudine gloriari poſſunt, quam ii, qui ea dignè adminiſtrant. Quorum verborum gyro haud illa ſolum circumcluſa volo, quæ militaris diſciplinæ praxin concernunt, aut difficultates, quæ inibi oboriuntur, vel facti reſolutionem, quam mature interdum perficiendam oportet, & ancipiti utrinq; auſu, dubios rerum eventus fortuna decidendos proponit; verum etiam illa in genere conſilia, atque de futuris deliberationes, quarũ exitus concipiuntur in conclaviis privatim, in caſtris autem exequuntur publice. Non hic rivum à fonte divido, unde

ſuam

ſuam originem trahit, nec ramos ſimul atque truncum à ſuis præſcindo radicibus, quæ eos gerunt.

Nec de armis hîc quicquam dictum volo, quæ ſtolidis alicujus teruntur manibus, ſuum non inventura exitum; aut eorũ bello, qui ſtudio patrios promovendi limites, finem belli non pacem, ſed nova bellorum ſemina quærunt. Damno inquieta Pyrrhi ſtudia, qui non prius otio ſe dedere propoſuit quam imperio ſuo ſubjectâ Italiâ, occupatâ Africâ, ac longe tandem lateque domitis Gallis. Rideo Alexandri væſaniam, cui ne mente quidem concipere licuit quietem, quique vixdum aggreſſus armis ſuis domare hunc orbem, animo ſimul conabatur reliquos avehere omnes, quos ei conſtruxerat Diogenes; nec ſatis mirari poſſum, in medio orbis Chriſtiani, in patentiſſimo ſpatio urbis cujusdam gentis, quæ ut plurimũ cum aliis contendit, (in patentiſſimo ſpatio Hiſpaniolę cum capta eſſet à Carlilio & Drako. *Camdenus.*) viſum fuiſſe Equum, qui poſterioribus ungulis coriaceum calcabat orbem, anterioribus

extra

extra globũ prominentibus, cum ſuperba hac inſcriptione, Non ſufficit Orbis.

Sermonem itaque in præcedentibus inſtituo de eo bello, quod de Reipub. pace ac communi civium ſalute contendit. De armis inquam, quæ certam futuræ ſalutis perhibent fidem: quæ debiles defendunt contra potentiores: quæ impediunt quo minus victimæ cedant ipſorum vindictæ, ac præda fiant eorum avaritiæ: quæ magnates pariter atque ſubditos ſub legum poteſtatem redigũt, ac ipſam denique Juſtitiam ſine ullo diſcrimine, omnium conſtituunt reginam. Etenim ſi nulla arma eius auxilio ſuppetias ferrent, quæ dextram ejus firmarent, nunquam eam auderent extendere in eminentiora alicuius imperii capita, atque in eos, qui ſummâ ſubditorum, famulitii, aſſeclarum atque amicorum copiâ abundant. Ut contra nulla unquam publica pacis tranquillitas turbatur, aut pacatus imperii ſtatus concitatur magis, quam cum metus armorum ex Principum animis recedit, ac ſpem ſimul concipiunt ſatis ſuperque ſua vel iniuſta opponendi ar-

dì arma legitimis aliorum viribus. Hinc peſtifera imperiorum naſcuntur mala, & furibundi hi motus, ſi diuturniores ſunt, nunquam excitantur, quin evertant aut concutiant fundamenta: quin cauſa ſint deſolationis, ac totum denique imperium in miſeram redigant conditionem, adeo ut ſi tum naufragium ſuum non patiatur navis, nunquam accidat, quin à vaſtis marium fluctibus male iactata, ac interitus periculo anxia in portum redeat.

Ultra internam ſtatus ſecuritatem, quam Reſp. ab armis habet, quæque inteſtinorum [illegible] dunt, exterorũ etiam ſecuritati proſpicit, eoſque à conatibus & invaſionibus hoſtium protegit. Certum eſt nihil tam molle ac fragile eſſe, atque pax armis exuta, nec ullum tam urgens eſſe molimen alterius bona occupandi, atque executionis commoditas; facile item emetienda proponi maria, vicinorumque terras depopulandas, dum hæc omnia impune facere licet, ſine metu æquioris vindictæ aut clarigationis.

Gemina hæc ſecuritas, quæ armorum

bene-

beneficio in Rebusp. oritur & ſubſiſtit, induſtriam excitat, ipſosque incolas ad laborem incitat, qui ſecus haud libentes plantam aliquam excolunt, humumque intime conſerunt, ubi à furtiva latronum deprædatione ædibus agriſque ſuis metuunt. Ea intus & foris viam aperiunt commerciis, quæ humanæ vitæ profundiſſima eſt vena, ex qua cujusvis generis bona affatim ei effodiuntur, quæque nunquam regni alicujus ingreditur limites, quin ſummam rerum omnium copiam præſtet, manusque divitis adimpleat uberrimis.

Verum quo armorum præſtantia, ejuſque ſtudii dignitas concipiatur melius, conſiderandum eſt, ea inſtrumentum eſſe juſtitiæ quam Monarcha in ſe ipſum aliumve exercet Monarcham, tum & privilegii, cujus jure in diſcrimine propriæ cauſæ judex audit. Hoc illud manifeſtum eſt divinæ potentiæ indicium ejus digito mortalibus impreſſæ, & effuſæ in univerſum humanum genus poteſtatis. Hic potiſſimus ille character, & delineamentum honoris potiſſimum, cujus ideam Principes re-

repræſentare tenentur, ejusque veræ in terris eſſe imagines. Juſtitiæ enim, quā Monarchæ inter ſuos adminiſtrant ſubditos, quamque eorum omnibus ex æquo impartiri tenentur, umbram quidem aliquā videre licet, ejuſque animadvertere ſpeciem inter privatos, ubi domini ac patres-familias ſuis imponunt leges, earumq; transgreſſoribus, ſervis videlicet aut liberis, juſtas irrogant pœnas. Illa vero, quæ à Monarcha exercetur in alium, indiſſolubili nexu eorum adhæret dotibus, nec iis qui minorum ſunt gentium impartiri poteſt, aut throno ſuo dimoveri.

Hinc patet, quod data occaſione in tranſitu adjiciam, uſum duellorum, quibus privati proprium ſibi jus exequi conantur, ac perpeſſarum injuriarum ſuis dextris æquam rationem ſibi vindicatam volunt, quarum notam ſiniſtre ſibi inuſtam dolent, eſſe manifeſtam juris álieni uſurpationem, & authoritatis ipſius Monarchæ. Adeo ut malum hoc, quod paulatim primum patere, ac demum in hoc Regno latius ſerpere cœpit, ex infeſto Franciſci primi exemplo,

ac funeſtaHenrici ſecundi permiſſione, in immenſum ſuccreverit, ac uberrimam ſupra modum in his civilibus noſtris bellis produxerit meſſem, ut & in communi hac corruptela, in qua ſubditi à debita Principi obedientia ac fide diſtinentur. Exinde tandem in ſuum uſque aſſurrexit cumulum & in infinitam redundavit multitudinem ex conniventia Henrici Magni, quo tempore tranquilla pace in ſuo imperio frui licuit, ob rationes quarum cauſas inveſtigare haud præſentis eſt negotii. Interim ad intermiſſum negotium redeo.

[illegible] evidentius probetur, & quò magis vindicetur decus juſtitiæ, quam in ſeſe mutuo exercent Principes, nihil eam continere vile, nihilque obſcurum, nec quicquam habere quod non pateat vel undiquaque radiet: quin imò non tantum nobili origine ortam, ad inſtar illius, quam Principes ſubditis ſuis impartiuntur, verùm talem continuò manere, etiam in illis, quæ ex ea emanant, ſuamq; illi debent originem. Gloriam ſuam haud integram ſimul privatis deliberationibus circumſepire,

nec

nec intra privatos tantum parietes ſeſe expandere; ſed in ea frequentiſſime exundare, quæ palam in caſtris agitantur: quamvis ea, quæ cum conſilio ſuſcipitur, ſucceſſu felicior ſit, quàm illa, quæ in exequutione latius ſeſe extendit, majuſque lumen in hominum oculos ſpargit, quam ut plerią; radios, ejus ſuſtineant. Ex illis etiam, qui ei adhibentur, nemo eſt, quin ſit illuſtris, quinve talis deveniat, modo ſeſe ſtrenuè gerat, in contrarium huic juſtitiæ quã Principes ſuis impartiuntur ſubditis, cujuſque exequutioni vulgo haud ſolent deſtinari niſi viles aut abjectæ conditionis homines.

Dico quod majus eſt, & quod facile probatum ibo, Principum eſſe officium, non conſilijs ſolùm præſidere, quibus bella gerenda concluduntur, verũ munus ipſorum poſtulare, ut exequutioni interſint, ubi nihil eſt quod jure impediat: quin imo plus æquo eſſe, ut caput gubernet brachium in negotio, ex quo in illud præcipuus redundat fructus.

Nec tamen ignoro, haud omnes ejus eſſe opinionis: & præmaturam indeliberationem, ſimul ac temeritatem quo-

rundam

fundam Principum interfectorum, aut captorum in bello, tanti tamq; diuturni mali extitiſſe cauſam in corũ dominiis, ut plerique exinde deducant, illos nequaquam præſentes rebus exequendis intereſſe debere. Scio è duobus fratribus, quorum utrumq; proximum ſeculum imperatorem alterum alteri ſuccedentem vidit, Carolo V. & Ferdinando, hunc in hac fuiſſe opininione, illum non item. Infortunium duorum Hungariæ Regum ſuorum prædeceſſorum, quorum alter in pugna Varnenſi, alter vero ad Mogoze oppidum interiit, has ei partes ut ſecuriores, quamvis minus honeſtas arripiendi præbuit anſam.

At ſuis infortuniis edoceri debuit, ut & jacturis, quæ illi ipſi contigerant; quantum ex ſuo uſu futurum fuiſſet, præſentem intereſſe expeditionibus, quorum funeſti fuerunt exitus ſub auſpiciis ſuorum ducum, quique fortaſſis auſpicatiores ſortiti fuiſſent eventus, & politiorẽ regiminis formam inter ſuos. Meminiſſe eum oportuit, non virtutem fuiſſe Turcicam, nec induſtriam, quæ illis victoriam pepererunt, in expugnan-

pugnandis Ezechio & Buda: ſed ducum ſuorum imprudentiam & væcordiam: & quòd frater ejus pacaverit Hiſpaniã, naſcentem in Belgio rebellionem extinxerit, Germaniam in ſe conjuratam depreſſerit, Tunetanos contra legitimum dominum ad rebellia provolantes arma domaverit, Cliviæ Ducem intra æqui ac juſti limites coercuerit, qui cum Navarræ Rege fœdus panxerat, & ſi quæ alia ejus generis memoranda præſtiterit facinora, horum omnium partem potiſſimam ſuæ debuiſſe præſentiæ, quæ una cum virtute, optimum ejus armis juvit ſucceſſum. Verum ne longior ſim in hac materia, aut ultra ſcopum meum provehar, ſufficiet hic ad ejus rei veritatem confirmandam, quod videlicet præcipuum Principum ſit officium, ipſos plerumque exercitus ſui eſſe duces, bellorumque à ſe ſuſcipiendorum adminiſtratores, lectorem ablegaſſe ad inſignem & ſumo judicio conſcriptum tractatum, qui parte hujus libelli continetur, & ad narrationem, cujus ſummam expreſſit Mariana, Ferdinando Caſtiliæ Regi exhibitam, cum in

conſilio ſuo diſcutiendum propoſuiſſet, utrum ſibi ipſi in Neapolitanum Regnum contendendum eſſet, liberaturo magnum illum Capitaneum, vel an huic negotio ſufficeret, ducem aliquem eo mittere, authoritate ſua ſuiſque armis munitum.

Procul itaque dubio artium omnium, quæ inter homines vigent, præſtantiſſima eſt militaris: nec in communi hominum ſocietate virtus eſt, cui potior pars gloriæ contribuitur, quam armorum exercitio. Adeo ut ſi hoc verum ſit, nec minus juſtum erit: ſecus enim pauci forent, qui virtutes huic pares excolerent, cujus acquiſitio difficilis, uſus arduus: quæ non niſi inter vulnera membrorumque jacturas, & continua mortis pericula germinat aut floret, ac quæ denique poſſeſſoribus ſuis, in fatalem plerumque nervum erumpit, niſi ea majus quam quæquam alia, omnium præſtantiſſimarum remunerationum nanciſceretur præmium, ſcilicet honorem & laudem: & niſi nomina eorum, qui illam exercent celebrius diutiuſque ſpargerentur,

rentur, quam quorum circumferuntur à fama.

Ultra hoc remunerationis præmium, quod (ut res loquitur) rarum ac fortuitum eſt, nec certo pretio omnes bonas actiones, quæ in armis occurrunt, manet, aut juſto muneri cedet omnibus, quibus contribuitur: Aliud adhuc habere poſſunt, ſi ſtrenuæ ac æquæ ſint conſtantius nimirum & certius, quodque non ancipiti quicquam fortunæ aut frivolo hominum ingenio debet. Hoc eſt gloria futnræ vitæ & beata immortalitas. Nam, ſi licet hic diſſimile penitus aliquid exhibere ſimili, magnumque parvo eodem nectere modulo, Chriſti in Cælum exaltatio, ejuſque in gloria manifeſtatio, ſi quæ fides debetur Apoſtolo, ejus coram Patre ſuo humiliationi, & obedientiæ ad mortem uſque debent: unde concludere licet, ſummam obedientiam, cui maxime ob meritum quid debetur rebus humanis, quamque homines Deo teſtari poſſint ſub forma aliorum hominum, eam eſſe, quam milites teſtantur Principi, qui ejus in terris eſt

imago, dum eam ad mortis uſque obſequium præſtant, eam frequentiſſime ſubeunt, ac ſingulis horis vitam ſuam ejus periculo exponunt, teſtimonio debitæ ei obedientiæ; ſecus abjecti nimis in illis animi indicium foret, atque ipſius veſaniæ extremum, ſi bona ſua negligerent, vitamque ſuam proſtituerent alio quam hoc modo, & ſi non niſi hoc reſpectu ſeſe ſubmitterent imperio alterius, qui non aliam naturæ originẽ debet aut finem, quam ipſi: qui non aliis vitæ partibus conſtat, qui eodem ſolis beneficio fruitur, eadem terra ſuſtentatur: quique ſæpiſſime majori corporis infirmitate ac ingenii imbecillitate laborat, quàm plerique eorum qui ejus tenentur obſequio.

Redeamus jam ad gloriam, quam virtutibus militaribus contribuit mundus: Hic conſiderandum venit, eam non ex æquo neque eâdem menſurâ ſplendorem ſuum in omnes eos ſparge- qui earum exercitio ſeſe implicant. ſeſe erigit, & inſurgit ad inſtar lu- diurnæ; nec in apice cui infima mi- ı farrago ſubeſt ſubſiſtens, pede- tentim

tentim ſeſe in gyrum revolvit, ad inſtar graduum, quibus ad officiorum faſtigia aſcenditur, nec unquam in perfectione ſua deprehenditur, vel, ut ita dicam, in meridiano ſuo, niſi in iis qui ſupremam rerum in armis adminiſtrationem tenent. Et certe quò qui digne huic muneri ſufficiant, quod compaginis inſtar eſt omnium inferiorum officiorum, tantis naturæ dotibus muniti, tam multis acquiſitis virtutibus præditi eſſe, tantis earum exercitiis inclaruiſſe debent, & magnanimitatis ſuæ atque valoris evidenti indicio; ut plurima exempla exhibuiſſe, ut haud mirum ſit, ex acervo & concurſu tantarum virtutum, quarum quælibet ſuam meretur laudem, ſcatentem in illis, qui eam poſſident, honoris oriri fontem, & gloriæ theſaurum inæſtimabilem.

Tum ut quis hunc perfectionis ſtatum aſſequatur (ni quid ſit, quod impediat, quo minus perfectus evadat miles, ſuique voti fiat compos) primum requiritur, ut in primo ſtatim nativitatis ſuæ limine, benigne ad id cœlitus adſpiciatur, cumque characterem habeat,

 quo

quo natura dignatur eos, & ad id muneris ut dignos ſeparat: hoc eſt ut privato inſtinctu atque occulto aliquo pondere ad eam artem feratur: prout alii nonnulli inſtinctus ſunt, qui tendunt ad poëſin, artem pictoriam, Architectonicam &c. certo enim certius eſt, cum ratio imitatur naturam, & cum deliberatio comitatur inſtinctum, mira quibusvis in rebus præſtari, ac idem eſſe, quod turgidis proſpero vento velis & ſecundo ſimul aquarum decurſu feliciter navigare. Ut è contra adverſo aliquo naturæ inſtinctu, vel inclinatione contraria ad aliquid operis ferri tantundem eſt, ac ſi quis pauci fructus ergo, immenſos exantlare labores ſuſtineat, vel nudis manibus contra rapidiſſimos fluvij decurſus enitatur temerè.

Huic deinde naturali diſpoſitioni, atque gratuitis naturæ dotibus, quò quis ſtrenuus deveniat miles, neceſſarium eſt, ut ſubſequatur optimum temperamentum, atque robuſta corporis conſtitutio, pellendis aeris injuriis, & reſiſtendæ temporum violentiæ: exantlandis operoſis laboribus, & omnibus moleſtiis

leſtiis fatigandis: ſomno modice capi-endo, & jejuniis ut plurimum perpeti-endis: in ſumma ſubminiſtrandis inge-nio fomentis, ac flagrantibus his con-tinuò motibus, quibus anima dux eſſe debet ad ultimum ſuum finem, quæ vi-ctoria eſt. Vix credibile erat, inquit Cicero, quanta animi præſtantia, & quanta magnanimitate Filius ſecundi Scipionis Africani in hunc mundum ve-nerit (ni fallor libro de ſenectute) nec poſſibile erat animam conſpici præſtan-tioribus naturæ dotibus imbutam, aut omnium virtutum Heroicarum ſemini-bus magis refertam; hæc tamen anima infirmo & debili corpori indita, male extructo palatio inhabitabat, ac tandem tota ceſſit ruinæ: interna organa, qui-bus illi neceſſariò utendum erat ad mi-litaria munia exequenda, corrupta & minus firma erant, & infauſtum mate-riæ intemperamentum, præſtantiſſimas has dotes, quarum nunc mentionem fecimus, ſteriles reddidit, ſummoque fuit impedimento, quò minus divina hæc femina, in dignos exuberarint fructus, ac promiſſam à ſe Reipublicæ

magnitudinem ac gloriam non protulerint.

Quantum ad notitias, quæ præparant & formant hominis animum ſponte ad armorum exercitium tendentem, morum peritia eſt ſumme neceſſaria, eo quod ut plurimum juvet ad eum purgandum, & expoliendos, ut ita inquam, nonnullos inſtinctus exercitio hujus muneris contrarios, quique impediunt, quò minus cum honore præſtari queant, minusque proſpere ſuccedant. Talis eſt, quod nobis exempli vice cedat, avaritia, & niſus animi, quo in immanem & inſatiabilem hanc paſſionem tendit, qui non niſi prædâ vivit, neque ſuſtentatur niſi rapinis: qui nunquam ſibi ſufficere ait, cujusque aviditas ignis aviditati comparari poteſt, quæ ſuccreſcit augeturque ad menſuram alimenti quo fovetur, quodque ei ſuggerit. Turpe attamen & monſtri inſtar eſt, eundem ſimul & ſupremam exercere authoritatem in plurimos mortales, qui ſibi obſequium debent, & mancipium eſſe cultus præſtiti rei inanimatæ & metallis, quæ ſacris litteris dicun-

tur Idola. Eum qui pro gloria cum Principibus & Monarchis decertat, quique honori ducit interdum eos ſibi habere hoſtes, ſe jungere ſociumque reddere mancipibus: in ſumma, eum, qui expugnandis caſtellis, & hoſtium provinciis ſubjugandis deſtinatus eſt; non incumbere niſi furtis ſtipendiorum militibus debitorũ, neque triumphos canere, niſi de rapinis ſeſe non defendentium, quorumque potitus eſſet auſpiciis eorum diteſcere. Nec quicquam eſt, quod plus ei honoris & amoris adimat, quam inhumanum hoc ac crudele ſtudium; ut contra nequicquam eſt, quod animos magis attrahat quam liberalitas: nec porta ulla, quæ aditui facilius pateat, quam beneficium.

Hinc accidit, ut præſtita obedientia, non niſi ſervili timori, vel ad ſummum levi alicui notitiæ debiti aut honoris, qui exhibetur, innixa, ſit imperfecta: omnes actiones militares languidè & negligenter peragantur, ac tandē omnes ad victoriam præparationes debilitentur, & debitum Principi officium ultima ruina corruat.

 Cum

Cum dico morale ſtudium inſervire reſtaurandis ingenii moribus, ac pravis ejus inclinationibus reformandis, non eſt quod velim ſupremum militiæ ducem huic ſeſe ſtudio tum demum dedere, cum ſupremam ſuam autoritatem exercere incipit. Hoc enim eum præmittere oportet inter exercitia privatæ inſtitutionis, ut & ejus cultura in adoleſcentia, dum naturales hæ inclinationes in flore adhuc & ſtatu quaſi innocentiæ manent. Siquidem, velut haud difficile eſt fluvios deducere, ut ea qua quis vult defluant, dum tenues adhuc ſunt rivi: & contra perquam difficile eos à curſu ſuo & alveis quos ſemel occuparunt deflectere, ubi in ingentia excreverunt flumina: aut quemadmodum facile quis cicurare poteſt feras quam maxime indomitas, dum molles ſunt catuli, & impoſſibile ſit earum mutare naturam, atque inhibere ferociam, ubi ad ſummum ſuccreverunt: Ita humanæ inclinationes, quæ primum erant tractabiles & flexiles, penitus indureſcunt, ubi eas in mores & eo uſq; uſus abire ſinas, quoad à natura feruntur, & à ſuis alliciuntur objectis. Secun-

Secunda ratio, quare morum ſcientia magnis militiæ ducibus ſit neceſſaria eſt, quod cum virtus eidem cum vitio innitatur lineæ, & poſita maneat in medio extremorum quæ illam conſtituunt, periculum ſit ne animus noſter, ſi non recte ſit excultus, difficulter queat ſemper diſcernere confinia, & ne forte egreſſus medio, quod virtutem terminat ac limitat, in alterutrum extremorum evagetur, quod vitium eſt.

Quare operæ pretium eſt eum informari & inſtitui à Philoſophia, ut cognoſcantur omnes errores, in quos facile eſt prolabi, & motus omnes ſubitanei evitentur, qui in eorum uſu occurrunt.

Imo quod magis eſt, cum alterum extremorum quo virtus terminatur, habeat plerumque, ut notavit Ariſtoteles, atri quid & admodum horrendi, velut avaritiam, ignaviam, fraudem, alterum verò aliquid celſi & rei quoad exteriorem ſpeciem perilluſtris, ut temeritatem, prodigalitatem, & immoderatam ſcientiam; fit ut adulatores & rerum imperiti plus ſatis prætextus &

occaſionis captent abblandiendi affe-ctibus,qui ad ſecundum hoc extremum vergunt, tum & ratio ipſa minus ſiniſtre videatur agere, quod in delectu,rei tam delectabili potius adhæreat, quæ totum ejus inſtinctum terminat, quam quod ea eligat, ad quæ facile offendat, ac plenum tandem faſtidium inveniat: quapropter ex ſummo ejus uſu eſt, ut Philoſophia ei ſit adminiculo, quo illam ab allicienti hoc periculo tueatur, & tam ſpecioſis laqueis defendat.

Inſuper fortitudo pulchra ſemper judicata eſt ab omnibus, & tantum æſtimationis ac honoris etiamnum poſt ſe trahit, ut ægre,ad minimum inter nos, turpis appareat, aut non adoretur, etiã ubi corpus virtutis amiſit, non niſi umbra ſibi ſervata, & limitum ſuorum terminos egreſſa, in temeritatem abiit. Adeo ut tantum abſit, quin oleum & ſulphur ſuggeratur inter immoderatas laudes, quæ cæco huic atque præcipiti ingenio, quod alio ſolet inſigniri nomine, contribuuutur; quam ut quis proficiat,dum inhibere conatur inclinationem, quam magnates interdum habent

bent ad extremum uſque hujus virtutis, & rationibus moderari pertentat ignem hunc, quo bilis ipſorum exarſit, aut fervorem, quo eorum ſanguis, ad conſpectum vel auditum objecti difficilis & terribilis efferbuit. Ex hoc itaque quàm ex altero potius fortitudinis extremo frequentisſimè oriuntur infauſti pravorum conſiliorum ſucceſſus : jactura vitæ aut libertatis principum, mutatio ſtatuum & tranſitus eorum ad alios dominos.

Poſſem hîc ad probationem dictorum infinita proferre exempla; at vel unicum hic illuſtre & admodum celebre adduxiſſe ſufficiet, quod præteritum nobis ſeculum exhibuit. Conveniet illud meæ materiæ,&lectori fortaſſe haud moleſtum futurum eſt.

Sebaſtianus penultimus Luſitaniæ Rex, antequam Regnum hoc Regno Caſtiliæ junctum eſſet, natus eſt tam præſtantibus naturæ dotibus præditus, quãtis unquam in orbe comparuit Princeps. Quicquid elementa pretioſi contribuunt, & quicquid aſtra magis admirandi in magnatum nativitate confe-

runt, totum id in ipſius nativitate concurrit, nec quidquam defuit Luſitaniæ præter unicum Ariſtotelem, qui ex Sebaſtiano alterum efficeret Alexandrum: Magno ille præditus erat animo, & naturæ ipſius inſtinctu plus nimio gloriæ flagrabat deſiderio. Hanc violentiam ubi reprimere, & affectum hunc diminuere oportebat, quemadmodum nimia agri luxuries inhiberi ſolet, dum nimia pinguedine laborat, tum ipſi maximè ſua laxabantur fræna, totumque ſuo ferri patiebantur impetu, zelo quidem bono, at non ſatis prudente eorum conſilio à quibus tam magnum virtutis principium ad infidelium potius interitum concitandum erat: major ei ſuggerebatur flamma, qui jam ſatis ſuperq; incaluerat, & qui natura ſua erat promptiſſimus, majore incitabatur impetu.

Dum exercitia majoribus obnoxia periculis, luſus huic Principi eſſent gratiſſimi, hæc illi ſuadebantur. Et cum non deſideraret quicquam, præter pugnas cum ferociſſimis in venatione belluis, nec navigationi in mari unquam intereſſe optaret magis quam exortis tempeſta-

peſtatibus: hoc in illo laudabant. Nec exitus ita fefellit tractum ſuarum cauſarum, & concluſio fuit talis, qualem natura ex ſuis principiis minabatur futuram. Inordinata hæc magnanimitas & malè inſtructa illi fuit funeſta, & cauſa jacturæ vitæ & prælii ipſo die Tomitæ, quo primum eam exercuit. His peractis Luſitania mox mutavit faciem, incurritque jugum odioſum, & imperium quod hactenus haud fuit ferendo.

Difficile etiamnum eſt, quæcunque adhibeantur remedia, huic penitus inclinationi mederi, quæ in temeritatem abit & quibuſcunque mediis impedire, ne excitata magnanimitas & jam, temperamenti calore turgida & limites ſuos tranſcendat, aut ne loco ſuo, ac ipſo centro, quod à prudentia ſibi deſignatum tenet, cedat. Alexandri magnanimitas evidenter id ad oculum probat, qui, ut haud dubium eſt, virtutis hujus dictatas olim à magno ſuo præceptore tranſgreſſus eſt leges, & ſummo præliandi fervore, quo totus flagrabat, excitatus, & effreni gloriæ deſiderio, quo ferebatur, impulſus. Non interdum

tantis ſeſe periculis expoſuiſſet, in quibus mortis erat periculum, nec arma ſua concrediſdiſſet acceſſibus, in illis fortaſſe peritura, ſi non fortunæ beneficio ſervarentur, aut ex quibus victus ceſſiſſet, ni hoſti vincendi defuiſſet animus.

Defunctus Suecorum Rex ipſe, quantum quantum à natura inditum ſibi habuit animum, quantisque acquiſitis eum illuſtravit radiis, haud ſemper animi ſui magnitudinem ratione temperare potuit. Nec ſemper ſatis ſibi cavit ab hoc magnanimitatis ſuæ extremo, quod eum ſæpe in vitæ aut carceris conjiciebat periculum, multisque cauſa erat mortis, vel præcipuorum ſuorum militum, etiam tum, cum procul omni dubio, nihil reliquum eſſet lucro, præter vulnera, aut ſpei, præter mortem. Ut enim, ſi alicubi dignis laboribus ſuus non ceſſit honos aut gloria, certè auſus quibus Ingolſtadienſem aggreſſus eſt civitatem, & Vallenſteinianum ad Norimbergam prælium, ſuo digni erant ſucceſſu; ita conatus quo fluvium Leck tranſire allaborabat, eventu ſuo tam memorabilis, & tanta cum

dexte-

dexteritate præconceptus, extra præcepta fortaſſe fuit juſtæ magnanimitatis, quamvis non cum minori metu effectum ſuum ſortiturus, quam priores illi duo auſus, quorum jam fecimus mentionem; ſi non fortuna, quæ necdum Principem hunc deſerere poterat, melius ceſſiſſet, dum vulnerato atque ex prælio retracto Tillio, perdita quisque ſpe, non pugnam ſed fugam meditaretur.

At præceps nimis conſilium, quod ad Lutzen adhibuit, ubi præter aliquantulam moram nihil requirebatur ad victoriam, nullam meretur excuſationem; nec quicquid eſt quo ejus exequutio tegi aut defendi queat, ubi citra ullam neceſſitatem unà ſecum omnes præteritorum laborum fructus ac ſpem futuræ ſuæ magnitudinis periculo expoſuit.

Fatendum eſt, ſociam illi Fortunam, toto vitæ ejus tractu Cæſaris & Alexandri ſimilem, hoc diſcriminis in morte ejus voluiſſe, quod propria injuriâ ceciderit. Minus adhuc vitio verti debet Gaſtonio de Foix, quod in mani-

manifeſto periculo ad præceps deſcenderit conſilium ad Ravennam, & quod prælij victoriam ſua morte contaminaverit: nam præter quod vireſcenti adhuc ætatis flore eſſet, quo impetus & ardor magis ſuam merentur excuſationem, quam in ætate jam matura]& magis provecta; mors quoque illius Principis majori potius incitamento ad alacritatem, & ſubitaneo alicui judicio, quàm temeritatis fructui ceſſit, quàm Regis Suecorum interitus.

Hinc videre licet quantula ſit ambitio, & quam ridicula ducum horum audacia, qui quibuſvis occaſionibus temere ſe, & vitam ſuam proſtituunt. Teſtantur ſe eam parvi æſtimare, ubi Ariſtoteles eam ab honeſto viro plurimi vult haberi, dum tam parvi eam venalem habent, & dum tam venditant ac oſtentant neglectum mortis, qui illis communis eſſe poteſt cum vili aliquo & deſperato homine: Hinc quaſi ſe ipſos accuſant, quod nequicquam aliud ad officium ſuum conferre poſſint, & quaſi tacite fatentur, nullas ſibi alias eſſe dotes magnis ducibus dignas.

Horum

Horum magnanimitas ſecus ſeſe habere, atque in longe aliam animi celſitudinem ferri debet, quam ut morti inſultet, præcipuè cum ejus haud deſint teſtes, & diverſa eandem illuſtrent loca. Ita rationem non ab eo firmari oportet, nequid inopinatum eam perterreat, & ne exitus inexpectati alicujus ſucceſſus eam penitus turbet, ac denique libertatem tollat agendi, & cogitandi de mediis ad reparationem neceſſariis. Non tantum hæc omnia ſe inferiora æſtimare debet, quæ forinſecus ſibi accidere poſſunt moleſta & adverſa; verùm ſe etiam ipſa tenetur celſius erigere, magiſtram ſe reddere ſuorum affectuum, ſupremam conſtituere adminiſtratricem ſuarum virium, & habitum acquirere eas cohibendi & exercendi pro exigentia occaſionis. Firmam habere debet conſtantiam in propoſitis bene dijudicatis, & nequaquam vel ſuorum murmuribus, vel hoſtibus inſultibus, vel ſparſis aliquibus rebus, vel prolixa morâ, vel ſummâ interdum patientiâ exercendâ, vel quæ aliis difficultatibus accidere poſſunt, dimoveri,

nec ab incepto recedere, cujus ei conſilium ſubminiſtravit ratio. Ferox eſſe debet & formidabilis in mediis etiam ingratiis, ut & poſt ipſam jacturam. Erecta manere debet, rebus circumcirca concifis, ſolaque eſſe quam nulla res ſuo loco dimovere queat, & quæ victrices hoſtium manus evadat; palantibusque ſuorum turmis ſuperſit.

Datur certe magnanimitas hujus naturæ & virtutis. Vix quis unquam mortalium infelicibus fortunæ ſucceſſibus ſuccubuit, aut ſæpius ſiniſtrè manus ſuas cum hoſte conſeruit, quam Petrus Stroſſius noſtris temporibus: nec tamen minus cui unquam infortunium contulit diſpendii & opprobrii atque illi. Nequicquam ſuæ derogavit audaciæ, aut agilitati; nequicquam ſuæ opinionis inter milites diminuit; nequicquam honori ſuo deputavit. Vix unquam paſſus eſt naufragium, quin, recolligendis partibus allaboraret, quin novos moliretur conatus, & quin brevi poſt iterum prælii tentaret periculum, ac ſe viciſſim crederet fortunæ. Ita ut felices hoſtibus ſucceſſus, nunquam eos red-

derent

derent ſecuros, nec ſive vicerit, ſive victus fuerit, in eorum animis eſſe deſineret. Nemo eſt quem lateat magnanimitas Admiralis Chaſtilonii, quam ſtrenue ſuam apud ſuos conſervaverit Authoritatem, & terribilis ſemper manſerit ſuarum partium hoſtibus, etiam cum quater cum hoſte infeliciter pugnaſſet.

Prolixior paulo fui in enodanda magnanimitate, eò quod nulla inter nos ſit virtus, cujus natura æquè depravetur, cujusque tam ſpuria nobis repræſentetur imago, & quæ tam parum rei ſuæ ſit conformis. Diſconvenientia rei non quidem ita magna eſſet, ſi error in depravata tantùm opinione, vel vitium non niſi in maculis lateret, quæ illam forinſecus inficiunt. Verùm quod pejus eſt, in inferiores usque facultates deſcendunt, atq; actionum omnium principia ſunt, quæ ſtatum plerumque ſubvertunt, & multos ſine ulla neceſſitate perdunt concives. Non raro id accidit, dum ducis animum occupant, ac rebus ab illo gerendis ſeſe implicant, qui primus eorum corporũ motor eſt,

quæ

quæ, adinſtar currus ſolis, à Poëtis confićti, perperam regi non poſſunt, nec à lineâ, quâ circumvolui debent, dimoveri, priuſquam tota naturæ machina immutetur, vel aliqua mundi partium conflagretur.

Accedamus jam ad alias notitias, quibus magnates, quorum hic mentionem facimus, inſtrući eſſe debent. Certum eſt, illos duarum præcipuarum Mathematicarum partium Geometriæ videlicet & Aritmethicæ præceptis mediocriter imbui oportere, ut nec mapparum ac bellicorum tormentorum uſu deſtitui: decere item ut in genere eis innoteſcant vires & operationes ignium miſſilium, qui bellicarum machinarum ſunt appendices & annexa, ut Architećtonicæ aliqua deponant rudimenta, quò facile dignoſcant inter nudas propoſitiones artificuli ignorantiâ ac credulâ commendantis; alicujus autoritate ſuffultas; & optimi Mathematici, qui nequicquam in medium proferet non ratione probatum, & effećtui impoſſibile. His mediis duo evitabunt extrema æque noxia, in quæ ſecus facile inciderent,

rent, dum vel inutiles impenſas erogarent, vel urgente neceſſitate ſumptus inhiberent, neceſſarios conficiendis munimentis, vel aliis operibus quæ propoſui exequutionem facilitant.

Oeconomica etiam haud è ſcientiis eſt duci minus neceſſariis: hujus finis eſt exercitus conſervatio, exercitium verò cura rerum advictum & amictùm neceſſariarum, quo, quantum fieri poteſt, à temporum & aeris injuriis ſeſe tueantur. Baſis eſt & columna omnium virtutum, omniumque rei militaris functionum. Sine illa ſterileſcit virtus, & quisque militum, etiam fortiſſimus bellandique peritiſſimus, nequicquam de ſua animi magnanimitate aut experientiâ, ad ſui contra famem defenſionem conferat, ſi eos aggrediatur: vel inediæ duorum dierum reſiſtere potis ſit; ſi neceſſitas eam ſubire cogit. Hæc ſola victoria eſt, quæ hoſti ſine ullo diſpendio cedit, quæque illi conceditur gratis, dum caſtra annonæ penuria intereunt.

Omnes alias plerumque victorias emunt, nec eas vulgò niſi magna cum proprii ſanguinis effuſione, ac morte

præ-

præcipnorum ſuorum militũ aſſequuntur. Res contra nimis dolenda eſt, potentiſſima atque florentiſſima caſtra ultrò inediâ perire, & ſine ullo effectu languidè diffluere: mortem haud honeſtius ſubire fortes, quàm ignavos, inediamque interdum unâ plures expeditione tollere, quàm ferociſſima in multis conflictibus hoſtium arma. Quapropter prima ſummaque ducis cura ea eſt, quam jam expreſſimus: nec ſine judicio olim dictum videtur ab Admirali Chaſtillonio, Exercitum eſſe monſtrum, ſemper à ventre exercendum, priuſque ejus victûs curam habendam, quàm laboribus adhiberi queat.

Cum de alendo exercitu loquor; non ducis officii eſſe volo, æquè equis atque hominibus proſpicere, aut ſtationum comitatuumque æquè habere curas, providendis commeatibus atque annonæ. Et quamvis ſine his res feliciter non ſuccedat, quin imo ſummè ſint neceſſaria ad obtinendam tandem victoriam, nihilominus cura ducis circa hæc ſollicita haud eſſe debet. Sunt nonnulli animo tam debili ac infirmo, qui nequa-

quam

quam onus hoc ferre, nec ſolitudinis hujus moleſtiis præmi poſſunt. Alii crederent rem fore infra conditionem ſuam, ſi ſtudio rerum tam infirmarum ac obſcurarum ferrentur, ex quibus tantillus tantùm exſurgit rumor & oſtentatio exigua.

Nihil à ſe patratum volunt, quod non ingenti luci pateat, nec à ſuo quicquam exercitio profectum, quod non ſit factum in campo ſpacioſo & arena illuſtri. Leges obſidionis: ordo aciei: tranſitus fluminis ad oppoſita hoſtium arma, aliæque id genus occaſiones, ſola creduntur objecta animis ipſorum digna. At in caſtris ſuis agere œconomos: à ducis officio ad domus præfecti condeſcendere munia: occupato aliquo loco, ſtatim in eo totum eſſe, ne commeatuum ac ſegetum fiat deprædatio, & quod ſpacio unius menſis conſumi poſſet, ut trium ſpacio ſufficiat curare: annonam omnem ad rationes referre: ex æquilibrio vel ad proportionis normam eam diſtribuere: tenacius eam cuſtodire, & ut rem ſacram parcius elargiri, hoc ipſorum judicio propriam dignita-

gnitatem proſtituere foret, & perſonæ ſuæ nullam habere rationem. At non conſiderant, victoriam tanti eſſe, ut nihil ſit abjecti aut vilis, quod ei promovendæ proſit, & inſtar ſolis currûs à Poëtis confičti, ut jam hujus mentionem fecimus, ad cujus conſtitutionem nihil ingreditur, præter quod ſit pretioſum, nec aliqua eum componat particula, quæ non ſit de materia illuſtri.

Eadem adhuc ſcientia, quam jam expreſſimus, ramum producit, in ducum imperio minus frequentem, nimirum, moram exercitus in caſtris. Certum eſt, eam haud ita prolixam eſſe debere, nec in ſeram nimis hyemem protendi, niſi urgens ad id cogat neceſſitas, vel legitima idem ſuadeat ratio; ut cum tenemur ab obſidione non diſcedere, quam haud ita longam futuram ſperabamus: cum ad inhibendam hoſtium irruptionem cogimur: cum conſilium aliquod exequendum ipſa ratio ſuadet ſpe uberioris commodi, pro rebus fortunæ periculo expoſitis: cum locum aliquem recuperare intendimus, à quo totius Reipublicæ vel Principis alicujus ſalus pen-

det; quemadmodum Hollandi Schenckiani propugnaculi obſidionem in totam uſque hyemem protraxerunt, & nos Corbiæ oppidum recuperavimus. Exceptis his conditionibus Exercitum in hybernas ſtativas in tempore reducere oportet, ſi velimus ut ejus opera proximo etiam anno noſtro ſit uſui, ut & meminiſſe etiam oportet, nihil eſſe in Republica quod charius conſervari mereatur, quam veteres militum turmæ, & cui magis iudignari deceat, quam dum earum vel infringuntur, vel diminuuntur vires. Nihil fit in bello, quod illæ non præſtent: adeo ut Dux ipſe Albanus ſolitus fuerit dicere, eas nervum eſſe & oſſa belli, hoc eſt, vigorem & ſoliditatem armorum, novas autem ut carnes, non niſi vel illis promovendis, vel defendendis inſervire, bello autem nequicquam activitatis aut virium conferre. Non dicam æquo æquius eſſe, ubi laſſitudo omnes occupavit artus, continuis laboribus ſuccedere quietẽ. Commune eſt rebus omnibus ſublunaribus fatum, viciſſitudo: nec præter cœlos, quorum materia alterationi non

ſubiicitur, quicquam eſt, cujus motus ſine aliquo non terminetur.

Naturales hæ & acquiſitæ conditiones, de quibus abundè loquuti ſumus hactenus, haud integræ conſtitutioni magni alicujus ducis ſufficiunt. Præter illas adhuc requiritur, ut vel mediocri ad minimum politices cognitione polleat: non ut ad privata admittatur conſilia, vel ut ſummo Principum adhibeatur tribunali, ubi de vita ac nece extraneorum conferuntur calculi; hoc eſt, ubi vel pacis conſervandæ, vel belli declarandi concipiuntur conſilia. Huic enim non prima tantum ſufficit deguſtaſſe libamina, nec à primo limine civilis ſcientiæ ſalutaſſe præcepta; ſed ipſam penitus penetraſſe medullam. Inveniſſe oportet quæcunque in ſe abditiſſimi & ſummè ſecreti continet, eaque omnia ad normam profunditatis & latitudinis ejus metiri. Quin imò quod magis eſt dicam: exequendis ſuis conſiliis belloque gerendo radios quoſdam ſuæ lucis ſubmittére debet, & virtutis ſuæ nonnullos influxus: nec ſufficit magno alicui duci noſſe, qua ratio-

ne loca hoſtili manu ſint aggredienda, & inſtructa acie conſerendæ manus; niſi ſimul calleat artem conſervandi amicos, huic exercitio ex uſu futuros, metu, ne ſuos laxent animos: ut & eos qui negotio huic haud impliciti ad quosvis exitus ſeſe indifferentes habent, metu ne in alias deſciſcant partes: ſi occupata aliqua regione vel civitate, rei partæ non bene proſpiciat, nec ſua rectè ſciat frui victoriâ: ſi non ſufficienti polleat ingenio ad tractandos incolarum mores: ſi non proclivior ſit ad nimiâ potius illis indulgendum conniventiam quam ad exercendum rigorem, & ad laxanda illis potius frena quam coercenda: ſi regionem alicujus amici tranſire coactus, haud aptè deliberet, an tranſitus ſit petendus, vel ultro arripiendus, & an rectè ſequelas dijudicet, tranſitus vel negati vel ſponte ſuſcepti. Si aliqua ex parte coniicere nequeat ex maximis hoſtium ſibi cognitis, aliqua illorum incommodo ceſſura: quid conſilii capere poſſint in re dubia, & an in illam potius partem quam in hanc ſuas moturi ſint vires: aut qua ex parte potiores in-

tenſuri ſint manus, aut debiliores adhibituri copias, quo exinde res ſuas metiatur felicius. Hæ notitiæ & harũ ſimiles rami ſunt ac rivuli à Politica manantes.

Nexum artis militaris ſimul ac civilis ſcientiæ in eodem ſubjecto, quinimo in eminentiori etiam gradu non tantũ poſſibilem, verum etiam ordinarium, omnium populorum, omniumque ætatum experientia ſatis ſuperque probat. Ex iiſdem, qui Romanum olim conſtituebant ſenatum, belli etiam duces, qui arma Reipublicæ regerent, eligebantur; & Pyrrhi conſiliarius Regi ſuo à ſe in venerabili hoc ſenatu notatum retulit, quod totidem viderit Reges, quot ſenatores. In Græcię Rebuspublicis non in duas diſtinguebantur claſſes, qui armorum regimini & civili adminiſtrationi delegebantur. Apud Turcas idem qui primas eſt in armis, caput ſimul eſt juſtitiæ: & utrumque hoc officium in eodem nectitur Viſito, ut toti hoc orbi ſatis innotuit. In Hiſpania ſtatus conſilium non ex ullis penè aliis conſtat, quam ex viris militiæ, aut eccleſiæ deditis; & pauci admodum ſunt, qui non

togati

rogati audiant, quos illi Letrados vocant. Inter nos civilia ſæpe negotia, & armorum ſimul adminiſtratio & eidem demandata erant: & in negotiis pacis tractandæ æque viſi ſunt militiæ præfecti de Montmorencii & Mareſchalci S. Andreæ, atque Cardinalis Lotharingiæ, Morvillienſis & Aubepiſnenſis.

Haud ſatis dignè exprimi poteſt quātâ rerum civilium peritiâ inſtructus fuerit Admiralis Chatillonius, & ad quod cum ea faſtigium perveniſſet, ſi ejus Politica mutaſſet objectum, nec Principi ſuo contraria, ac patriæ ſimul funeſta fuiſſet. Ille ex authoribus unus fuit rebellium in Belgio armorum, & Reipublicæ architectus, quam Arauſionenſium ibi Princeps erexit. Dum in Flandricis primū oris detineretur in carcere & poſtea in Gallia; tū in prima delineatione hujus ædificii eum juvit, quod ne hactenus quidem, poſt tot annorum labores & tot myriadum expenſas, ſatis firmū eſt. Et idem inGallia præſtitiſſet, ſi æque atque ibi præparatam inveniſſet materiā, qua talem reciperet formam, & ni Principis præſentia, aliorumque

magnatum, qui effectui obſtabant, omnes ejus in caſſum reddidiſſent conatus, & quidquid adinoliebatur effeciſſent fruſtraneum. Paucis diebus ante ſuum obitum eo ſupra Alexandrum & Cæſarem gloriabatur, quòd poſt quatuor funeſta prælia, in Regis eſſet favore, cui tantas creaſſet moleſtias, atque in privato Regis conſilio in eos obtineret imperium, qui male ſibi in prælio obviam veniſſent. Quæcunque certe adhibita fuiſſent conſilia, quibus alliceretur in aulam, ut regio privaretur favore, & quæcunque præſenti tetendiſſet retia, quibus illaquearetur, nequicquam egiſſent. Ita Caroli Regis poſſidebat animũ, ejusque ſibi devinxerat affectum, ut ni Reginæ matris & Ducis Andegavenſium Zelotypia maturo eum conſilio alienaſſet, totum procul dubio Caroli animum præoccupaſſet.

Quod Venetorum Reſpublica nunquam voluerit quemquam ex ſui Senatus membris præfici exercitui, & quod ejus adminiſtrationem extraneis concedat ducibus, id fit ex æmulatione, qua in ſui conſervatione magis enititur

quam

quam quiſquam orbis Principum, & ex ſtudio quo ſibi cavere vult à civilis belli ſemine. En cauſam, cur arma ſua haud civium ſuorum manibus concredat, metu, ne ambitione elati ea convertant in patriam, ac ne authoritas, quam in milites magnumque amicorum numerum & alios aſſeclas conciliare poſſent, medium illis contribuat exequendi funeſtum hoc illorum propoſitum, & mutandi æqualitatem in qua naſcuntur, in aliquam ſuperioritatem quam inſtaurarent in perniciem Reipublicæ, prout id in Romana Republica accidit. Verum id haud quicquam obtinet contra id quod jam innui, nec aliud quid exinde ſequitur, quam quod haud ſit neceſſarium, omnia Reipublicæ membra arma gerere, haud vero militiæ ducem civilis ſimul adminiſtrationis principem eſſe non debere, aut aliqua tantum ex parte.

Denique milites naſcimur, at duces ſimus: & militia ars eſt, ad cujus ſummitatem non volatu aliquo pervenitur, ſed lente perrepitur: hoc eſt, multis cum laboribus aſcenditur, nec niſi pede-

tentim ac prolixitate temporis attingitur. Eſt opus quod natura inchoat, ars prorogat, at experientia perficit ac coronat. Quod ſi huic opponatur exemplum Luculli, aut Spinolæ, qui artem hanc inceperunt inde, ubi eam finire ſolent alii: Dico exempla hæc ita rara eſſe, ut minus, quam phœnix in orbe, frequenter compareant, nec quævis ea parturire ſæcula. Quapropter, ſi naturæ dotes, & felicior ſtudiorum ſucceſſus, ad ipſam aliquem deſtinarunt experientiam, quâ inſignis militiæ dux evadat, & ad communem hanc legem, quæ ad bonum gradatim ducit; is nequicquam extraordinaria prætendit privilegia, niſi ſimul extraordinariis ſe donis ſentiat præditum ad id obtinendum, nec ſi commune quid præſtare velit in eo, quod non niſi contra ſolitum naturæ curſum accidit.

Si quis conſideret miranda, quæ Plutarchus & Cicero de Lucullo ſcribunt, & ea naturæ beneficia, quæ illi attribuunt, (ultimum præcipuè) ita ſtupenda ſunt, ut fidem omnem ſuperarent, ſi non ab æquè fide dignis authoribus

tribus aſſererentur. Flagrans deſiderium, & ſumma aviditas, quibus ſuo ſeſe officio accinxit, ut & labor, quo ejus aggreſſus eſt exercitium, nullo prorſus cedet ſtupori, quòd tam citum fecerit prógreſſum, ac tam feſtinanter eò advolaverit, quò alii non niſi tardè ac lentè perveniunt. Præterquam quod ſtudium rei militaris adeo Romæ commune fuerit, ut in omnia Reipublicæ membra ſeſe extenderit; nihilominus eo de negotio decem ſucceſſivæ deliberationes vel frequentiores conventus fieri ſolebant, cujus ſucceſſus ejus committebatur exequutoribus.

Et quemadmodum in ſtudio eloquentiæ, quæ alterius Romani exercitii pars fuit celebris, juventus ejus amore flagrans, ſummam adhibebat diligentiam, & præcipuis ſui ſeculi oratoribus præſtabat obedientiam, qui in ipſorum enitebantur inſtitutionem, ſuæque eruditionis ſimul ac oratoriarum ſuarum actionum eos participes reddebant, ita credibile eſt, eos, qui belli ferebantur ſtudio, ac in armorum enitebantur gloriam, aſſiduos magnis ſem-

per adhæſiſſe ducibus, quò eorum de bello ſententias expiſcarentur, & ex propriis eorũ oribus bellica haurirent axiomata, propriâ experientiâ & obſervatione innixa. Idem illis accidebat, quod in aprico aliquo loco deambulantibus ſolet, ſcilicet præter opinionem citius feſtinare: Romano enim in ſolio & vere martiali illo ardore, qui in hac civitate dominabatur, omnes ſimul etiam ex communi fæce, ad artem hanc militarem, etiam præter opinionem, reddebantur cultiores, & manifeſtos in ea faciebant progreſſus, etiam cum nequicquam illis ad eam voti eſſet. Adeo ut nihil ſit, qnod admirationi cedat, ſi quid citius feliciter geſſerint, quam ii quibus hæc deerant præparatoria, cum rei gerendæ accingerentur, & productioni in actum quod proximæ ipſorum inerat potentiæ, & ultimæ, ut loquuntur Philoſophi, diſpoſitioni.

Dici etiam poteſt de Marchione Spinola, oportere eum à natura ſumma cum diligentia præparatum fuiſſe ad exercituum regimina, & eam ab illo præparationem ſummo excultam ſtudio.

Præ-

Præter enim aſſiduam meditationem qua de arte aliqua deliberabat, præceptorem etiam habuit Pompejum Juſtinianum, militem Flandricis bellis exercitatiſſimum, ex cujus converſatione omnia militiæ documenta, & ipſam quaſi animam atque belli gerendi eſſentiam hauſit. Quid etiam adde Lucullum & Spinolam ad armorum imperium acceſſiſſe jam inſtructos, ſummè exercitatos, & providis multâque experientiâ politis ſtipatos, adeo ut tantundem eis operæ fuerit ad rem bene gerendam, quantum illis moleſtiæ, qui ad quævis exercitia inſtructos conſcendunt equos. Ita ut duorum horum exempla nequicquam in eorum præjudicium & imitationem faciant, qui iisdem haud inſtructi donis; in eandem fortunæ occaſionem non coincidunt. Verum quidem eſt, regulam hanc haud ita eſſe univerſalem, quin aliquam patiatur exceptionem; vel ad minimum, procul omni dubio, ab illa Principes excipi, nec tota ejus latitudine comprehēdi poſſe. Hi omnes naſcuntur duces, ut qui ipſorum tenentur imperio, naſci

debent milites; idque munus adeo illis proprium eſt ac naturale, quemadmodum ſupra probatum ivimus, ut fruſtra vel ejus experientiam, vel temporis documenta expectent. Nec virtute illa privari poſſunt, qui ad eorum ſanguinem accedunt, vel qui ad minimũ ab eo deſcendunt proximè. Hæc ipſorum conſangvinitas tantam illis confert venerationem, tamque militum commendat affectui, ut, ni mores abſint, multo majori cum religione ac alacritate ſub eorum præſidio fiant officia, quam ſub ducibus iis nativitate inferioribus, quamvis ſecus rerum præclare geſtatum celebritate magis ſint conſpicui, magisque ingenii dexteritate inclaruerint. Hoc tamen haud ſemper in noſtro viget uſu: parentumque noſtrorum memoria fuit, ut Franciſcus I. miſerit Delphinum, qui poſt Henricum II. prima armorum in Provincia depoſuit rudimenta, ſub ſummo militiæ præfecto Montmorencio: item alios noſtros ſanguinis principes tranſiſſe montes, qui militarent ſub Mareſchalco de Briſſac, & qui prima tyrocinia in tam illuſtri exercerent Schola. Sunt

Sunt denique nonnulli ita Principibus chari, & in quos tam latè ſeſe extendit eorum favor & vis, ut tanta in iis haud requiratur experientia ad gubernamen exercitus, quanta in aliis. Summa rerum copia, quam affatim ſibi ſurrogari curant, ingens præſtantiſſimorum virorum comitatus: in ſumma, alterius experientia, qua ſua cujusque dexteritas nititur, ſummo cum ſucceſſu reparant, quod illis deeſt. Ultra hos nemo quiſquam præſumere debet, ſe communi hoc uſu & regula exemptum, quæ violari nequit, ſine Principis damno, & proprio eorum periculo, qui rem vana credulitate aggreſſi, haud damno ſatisfacere poſſunt, niſi cum diſpendio proprii honoris.

His rebus declaratis, atque hoc fundamento poſito; facile panegyricum viri alicujus decantabo, qui à primis ſtatim incunabilis nobiliſſimo atque præſtantiſſimo humanæ vitæ exercitio obligatus, tanto cum ardore ſeſe ei dedidit, tantaque cum diligentia naturæ excoluit ſemina, ut citra omnem adulationem dici poſſit, nullas eſſe dotes,

quas magni militiæ duces habent, quin eaſdem acceperit vel acquiſiverit. Neſcio an quid hic de ſanguinis nobilitate dixerim, cum illa haud ſit principium virtutis neceſſarium, & illuſtrium natalitiorum, cum ne fons vel origo quidem ſemper ſit illuſtrium actionum, nec ſydus celſiſſimorum influxuum. Nihilominus cum majores, cum ſuo ſanguine quaſi per traducem in ſuam poſteritatem germen ſuorum morum transfundant; cum celſitudo, in qua naſcimur, animum plerumque elevet eumque rebus celſioribus & votis magnanimis aſſuefaciat: cum imago vitæ majorum, & meritæ ab iis gloriæ ſplendor, ad ſui æmulationem excitare debeant nepotes, eosque movere quò ſuis incedant veſtigiis; haud omittendum eſt, hunc fortunæ favorem & eam naturæ prærogativam, huic etiam viro haud defuiſſe, cujus mentionem facio, &, cum ſtirps, unde ſuam traxit originem, à multis ſeculis in Principum floruerit numero, tot ei palmites primariarum Orbis Chriſtiani familiarum inſitos fuiſſe, ut nec in præterita oculos reflectere,
nec

nec præſentia, aut quæ tota Europa habet præſtantiſſima, intueri potuerit, quin undiquaque viderit viros ſummo ſtudio enitentes, ne obſcuram vitam degerent, & qui novos adderent radios, luci jam tot conjugiis in immenſum ſplendeſcenti.

Hic ille etiam unicus affectus eſt, quo unquam ſeſe ad vivum expreſſit, quemque natura, aut educatio vel philoſophica ſtudia expoliverunt ab erroribus, ex imaginativæ corruptela, vel vitio objecti naſcentibus: aut ab illis appetitibus, qui glebulæ alicujus terræ deſiderio feruntur à ſole ſtudioſe adaptatæ, quive divinas hominum mentes corporibus immergunt ac ſuffocant, aut voluptatib⁹ emolliunt, & penitus extenuant. Præterea, utraque hæc temperantia pro munimine fuit huic temperamento contra morbos, ut & huic corporis bono, in quo natus eſt; ita exercitium illud in quo continuus fuit, mollitiem & animi languorem expulit, ac ſufficientes ei contribuit vires ſuſtinendi diuturniores ac violentiores animi motus, quin & immenſos belli labores atque incommoda. Ne-

Nequis tamen credat, gloriam hanc, cujus ſtudio eum affectum fuiſſe, modò expreſſi, præcipuum fuiſſe finem; quò laboribus ſuis tetenderit. Alium adhuc ſcopum hoc multo nobiliorem habuit; ac terminum amore ſuo, ſuisque conaminibus multò digniorem prævidit. Objectum, quod totum eum allicit, ac quod eum, ut ita dicam, maximè viget, eſt virtus. Verum quidem eſt, quod non eam ſolam reſpiciat: quod non eam conſideret ſine comitibus: quod non ſolum reſplendeſcentem exinde aggrediatur fulgorem, vel, qui ex eo ſolet exhalari, odorem. In ſumma, gloriam poſt illam quærit, ac ſummi illius boni remunerationem perſequitur, quam Philoſophia ſvadet, quamque ipſa religio, quo minus eam perſequamur, haud impedit. Quantum ad alia objecta, quæ animam non concernunt vel quæ à virtute haud dependent, uti gloria, certo certius eſt, ea vel nunquam affectaſſe nimis, vel vili habuiſſe ſemper.

At ne quis Panegyricum me potius quam Hiſtoricum agere exiſtimet, vel diſcurſum hunc meum ſimilem picturis, quibus adornandis major adhibetur

cura, quam repræſentando objecto: aut ne quis ſibi perſuaſum habeat majus mihi propoſitum fuiſſe rem orationis fuco adornare, quam veritatis indiciis demonſtrare; Ad argumenta accedo ſimpliciſſima & minus artificialia, quæ eam probabunt, & hæc facta ſunt ac exempla. Quò itaque evidentius probetur, quod dixi, & quòad oculum demonſtretur manifeſtius, omnia delineamenta, quibus magni ducis adumbratur figura, & quæ ego paulo ante expreſſi, in hoc quoque, de quo loquor, inveniri. Ab eo incipiam quod ad finem perducit ac planè perficit, quæ experientia eſt. Hæc adimpleri nunquam poteſt, nunquam conſummari, ſi non eam in temporè, à prima ſtatim ætate, aggrediamur, longo rerum uſu tractemus, earum ingentem numerum variis occaſionibus experiamur, & diverſis exercitiis defungamur.

Certum eſt nullam harum conditionum defuiſſe Domino de Rohan. Prima armorum ſuorum exercitia fuerunt circa finem conjurationis, & cum rebellio, cujus prætextui illa inſerviebat, primùm

tan-

tantùm inclaruiſſet, vel ad minimum in parte tantum aliqua Britanniæ vigeret. Idque eodem tempore fuit, cum fortuna extremas ſuas vires contra defunctum Regem exerceret, omnesque adhiberet conatus ad regem ſolio ſuo deturbandum, quò tamen ne aſcenderet fruſtra laborabat. Fuit, inquam, cum poſt Cameracum, & alia quinque oppida in Picardia modico temporis ſpatio expugnata, ArnoldusTeillo injuriæ vindicandæ, & pudori jacturæ magis commenſurando, parva militum manu & nucum quaſi ſtrepitu aggreſſam occupavit urbem, ingenti armatorum numero,& vallis ac bellicis tormentis munitiſſimam: cum Henrici magni virtus, quidquid ſe digniſſimum haberet, in medium proferre cogeretur: cum frequentiſſimæ ſeſe offerrent occaſiones rerum præclarè gerendarum:cum denique omnis poſteritatis memoriâ, ſummo cum Hiſpanici honoris diſpendio, digna haberetur obſidio, in qua decus virtutis Mareſchalci Bironei, prudentia Meduanorum Ducis,& Henrici emicuit Magnanimitas.

Paca.

Pacatâ poſtea Galliâ, cum tractatus Vervinici, motùs, qui concitabantur, ſedaſſent, Dominus de Rohan in Belgium deſcendit, ubi belli adhuc theatrum patebat, in quo Mauritius Comes, & Marchio Spinola æquali comparebant gloria: præcipuè autem ars obſidendi urbes magis vigebat, quàm aliquo orbis in loco. Ars, inquam, quæ à Romanis uſque temporibus neglecta, & in ſucceſſivorum ſeculorum quaſi ignorantiâ, ad inſtar fluviorum, qui ſub terrenis abditibus abſconduntur, quo ſeſe regurgitent, ſepulta jacuit; non prius comparuit (excepto unico illo radio qui ſub Caſtruccio Caſtracano in Piſtoiæ obſidione reſplenduit) quam ſub finem præteriti ſæculi, cum Parmenſis Dux eam reſtaurare inciperet, & defunctus Arauſionenſium Princeps priſtinam ei formam, ac omnem denique ſplendorem, quo ſub primis ſuis magiſtris fulgebat, reſtituiſſet. (Duplici vallo ſibi proſpexerant adverſus urbē & ejus ſuccurſum, ad inſtar Alexiæ.) Quantum itaque dominus de Rohan ſub diſciplinis duorum horum ducum, de quibus jam

jam loquimur, oppoſitorum, profecerit, & quam præclaros eventus, qui tum forte acciderunt, non ad privatum tantum uſum, ſed ad publicam etiam gloriam tendentes, obſervaverit, nemo eſt qui non judicare queat. Interjecto poſtea tempore in ſubalpinis regionibus ſecundo contra Hiſpanos intererat bello, poſt defuncti regis obitum ab iisdem excitato, ſubque Sabaudiæ Duce, & Ediguierenſium Mareſchallo militabat, cum Vercellos vindicarent, & cum eorum arma ad Mediolani uſque portas excurrere poſſent, ni Gallia eos impediviſſet claſſemque revocaſſet, ſecundo fruituram vento. Si Dominus de Rohan, ne ſub his quidem magiſtris dignè ſeſe exercuit, vel manifeſtos fecit progreſſus, tum vel ſtupidum eum valde fuiſſe oportuit, vel hebeti ſane ingenio præditum, quamvis neminem lateat, quàm dextrè illud excultum habuerit: vel nullam penitus adhibuiſſe diligentiam aut curam, quamvis ipſo vero ſit verius, eum rebus ſe ſuis ſemper applicuiſſe totum, nec quemquam fuiſſe, qui iis penitius vacaret.

Nec

Nec obſtat, quod in omnibus his expeditionibus ſpontaneam adhibuerit operam, & eo tantum fine inſtitutam, ut vel ſe exerceret, vel aliquem etiam exinde conquireret honorem. In diverſis enim occaſionibus frequenter illi demandata erat cura, vel peditum vel equitum ducendi turmas. Defunctus Rex, tantus cujusvis meritorum judex, ac tam dignus virtutis æſtimator, præcipuè militaris, præfectum eum elegerat Helvetiis in expeditione, quam in Germaniam meditabatur, ibique in ipſis eum principiis collocare ſtatuebat, ut munimen turmarum, quibus non ita fidebat, & exercitatiſſimis peditum in Belgio copiis objicere. Poſtea munus id obiit in bello Juliacenſi poſt mortem Henrici, ubi horrendi omnes illi conatus finem ſuum acceperunt, qui totius Europæ mutaturi erant faciem, & humiliaturi effrenem familiæ illius ſuperbiam, quæ opprimit atque minatur omnibus, qui nullo ſibi jure tenentur, & qui propria gaudent libertate. Poſthac munere adhuc defunctus eſt ſumi præfecti equitum levis armaturæ, in turbis

con-

concitatis ſub adminiſtratione Reginæ matris.

Hæc indicia atque ea munera, prima fuerunt rudimenta, quibus experientiã ſuam expolivit, & gradus, per quos ad artis perfectionem aſcendit, quæ eſt ſupremum eſſe militiæ ducem. Si ab ipſo hic mihi initio, ex quo id munus exercere cœpit, enumerare liceret, ſine diſpendio, Amniſtiæ, quæ nunquam violari debet, & ſine ruptura veli, quo Rex ipſe eam tectam voluit; pollicerer mihi ut plurimos ad confeſſionem adigi poſſe, difficulter reperiri, in quo tantæ dotes concurrerint, & tanto cum ordine ac decore viguerint. Videre in eo liceret prudentiam & magnanimitatem: ſtratagemata & vires apertas: patientiam & promptitudinem: providentiam & ſubitaneas conſiliorum deciſiones, quid periculis committendum, quid verò fortunæ ſubtrahendum caſibus. Liceret videre admirandam dexteritatem, & media inſolita promovendi ac ſiſtendi caſtra, militem in officio continendi ſine ſtipendio, idque nexu tam debili, & tam fragili ſolius nutûs vincu-

vinculo. Liceret videre bellum geri ſub diverſis formis, & ſub varietate quæcunque ſeſe offerre poſſet: liceret animadvertere ſuccurſus, obſidiones, & inopinatas locorum occupationes: artem ducendi exercitum, metandi caſtra, in publico conflictu apertè aggrediendi hoſtem: militem ſuum exercendi ad menſuram hoſtilium virium, & pro conſuetudine regionis, in qua ſuſtinent labores. Quiſque cerneret dexteritatem facilitati parem, in exequendis omnibus negotiis in militia neceſſariis: videret hominem, non tantum in defendendo ſeſe ab hoſtibus, & in eorum viribus renitendo occupatum, verùm etiam tum de ſuis ſecurum, tum qui eos, & à ſuis partibus retinere, & vel invitos, qui ſe ſequantur, cogere poſſet. Videret eum ad durum hoc telum redactum, ut neceſſitatem cum virtute commutaret, &, cum præſtare non poſſet quod vellet, actiones ſuas præſenti ſtatui attemperaret, vallum munitioni ſuæ circumducendo, ac eadem ſemper alacritate exitum fortunæ præſtolando. Videret heroicæ illius audaciæ & intrepi-

trepidæ illius confidentiæ exempla, quia magnates nonnulli aliquid aggreſſi, nõ niſi cum rerum eventu olim merebantur laudem, eventu, inquam, à quo propria ipſorum dependebat ſalus, & felicior omnium ſuarum actionum ſucceſſus: quâ Julius Cæſar unica cymba aggreſſus Domitium cum ſeptem bellicis navibus vela facientem ad ſui deditionem coëgit: quâ poſtremus Dux Guiſius, ad illuſtrandam conjurationis gloriam, & ad patefaciendum aditum extraneo ſuccurſui, cum undecim comitibus ad oppidi Pont-levis portam conſtitit, præfecto qui tum erat in excubiis ſe in urbem intromitti juſſit, & quamvis portas à tergo undique claudi videret, tamen populum in ſuas partes movit, ac oratione ad cives habita ad ſuum tandem intentum permovit, præſidiaque à ſe deſtinata, ab illis ſuſcipienda perſuaſit. Videret denique omnes has dotes non alio fine tam magnas fuiſſe, quàm ut tanto celebrius Regiæ conſecrarentur virtuti, ad cujus obſequium ſeſe proſtravêre totæ, & ut gloriam ejus tanto adornarent magis bene-

ficio

ficio victoriæ, quæ ejus ſolius præſentiam, ac raram hanc felicitatem, quæ ſemper eum comitabatur, manebat.

Haud prolixior hic ero in ſubjecto, quob obiter tantum delineandum propoſueram, quodque levius attingendum, quam ut ſingulas ejus partes prolixius pertractarem,in animum induxeram. Hoc tantum unicum addam, Dominum de Rohan, quocunque fine ſcopum ſuum attentaverit, aut quocunque vento ad id littoris ſolverit claſſem, id totum nequaquam fuiſſe, vel turbarum ſtudium, quo ſæpe cruciantur magnates, cum, quantum in ſe fuit, totum ſe pacis ſemper opponeret hoſtibus, ut & decretis Rupellæ ad publicam ſeditionem factis: vel divitiarum deſiderium, quod procul dubio haud explere potuiſſet, quamvis eo latus fuiſſet ad tuendas horum partes, ad quorum tutelam ditiores condeſcendere noluerunt; quin imo à quorum partibus, ſi tam vili bonorum teneretur deſiderio, quod facilè allici poteſt, ut avocaretur, facile nummorum & pollicitationum adinventa fuiſſent media.

Videamus jam eum in officio plus excellenti, ejuſque inclinationi magis conformi. Nihil hic dicam de legatione quam in Regio ad Helvetios officio obivit: nec de armis Imperatoriis ad Rhætos miſſis, quæ ad Rheni ripam parva militum, ſubito ad Huſſitarum inſtar collectorum, ut ipſe dicebat, manu ſtitit. Tantũ in principiis regiæ eum aciei contemplabor, & in maximis his turbis, quæ celſiſſimis hodie Europæ familiis negotium faceſſunt, quæq; tanto miſerorum Chriſtianorum ſanguine conſtant. Prima arena, in qua cum hoc munere comparuit, fuit Holſatia: Et quamvis illa, quæ in mandatis ſibi erant data, non niſi ſub prætextu aliquo latebant, quò, injecto incolis pavore, ſecurius alio in loco exequeretur propoſitum: nihilominus introitus Caroli Ducis in easdem oras, eum ad ſiſtendum pedem, & ad reſiſtendum ſuo propoſito coëgit, quod, velut exitus probavit, haud fuit, vel deſcendere in prælium, cujus ſæpe ſibi occaſio fuit oblata, vel quicquam contra aliquem moliti locum, quod illi peſſime ceſſiſſet: vel itineris

neris tranſitusque habere rationem, cujus beneficio bellum in illis foveret regionibus: ſed ut illis, qui cis Rhenum erant, vivum ſe probaret, ac melius edoceretur artem eodem redeundi in futurum, quo exciperetur alacrius.

Ex hoc tempore nequicquam in Holſatia præſtitum eſt memoria dignum, præter conatum Mercii, quo Equitatum noſtrum ſuis ſtativis pellere ſtatuerat, quique non ita ei feliciter ſucceſſit, Quod tamen non Domini de Rohan injuriâ factum, quaſi minus futurum præviderit periculum, ac ſucceſſivos ſubmiſerit coryphæos, qui præfectum de inſtanti monerent periculo, ut ab eo ſibi caveret, & hoſti ultro obviam iret, ubi ſe facilius adoriri poſſent. Sed duarum horarum ſpatium, ultra propoſitum ſomno protractum, quin fato ipſius ceſſerit, parum abſuit, occaſionemque Mercio exhibuit in ſtativas uſque perveniendi, ac omnia illicò in turbas & cineres redigendi. Interim noſtri, qui eodem tenebantur periculo, non omnes eandem quærebant vitandi viam: quidam reſiſtendo ſeſe præpa-

rabant hoſti, & inchoatam jam, è manibus ereptam volebat victoriam: quidam ſalutem ſuam in Ducis ſui Stativis quærebant, quæ non ita longè aberant, nec quicquam ſibi dici patiebantur de funeſto hoc caſu, quo nocturnus pavor & palor infauſti quid poſt fugam attrahunt. Quantum ad Dominum de Rohan, certum eſt, ut ea de re mihi veriſſime conſtat, eum nova hæc accepiſſe cum tantâ conſtantia, ac ſi res eſſet omnino indifferens: nullumque commotionis exhibuiſſe ſignum, ſi non adverſus illos qui fugerant, vel qui timida ſibi proponerent conſilia. Res poſtea talem ſortita eſt eventum, ut miſſis aliquot tympaniſtis, ad inſtar ſtratagematis à Spinola quondam obſervati, nec nobis inutilis, & coactis omnibus viribus, quæ tunc ad manus erant, perrexerit ad hoſtes, qui ſe jam in fugam conjiciebant, ac nonnullos abducebant equos, novem vel decem ex noſtris equitibus cæſis: at qui multò plures ex ſuis tam in pugna, quàm in fuga, tum cæſos tum captivos reliquerint. Paulo poſt accidit tranſitus armorum noſtrorum per Helvetiam, atque

atque eadem occaſione occupatio Valtelinorum. Modus hujus tranſitus eſt tam rarus & inauditus, ut vel ipſa honeſtas eum leviter tantum tangere vetet, ipſaque veritas moneat dicere, rem hanc ut plurimum conferre ad ornatũ hiſtoriæ: Eſt enim materia pertractanda in politicis: Actio informandis magnis militiæ ducibus, & exemplar conſilii à toto regno pari occaſione imitandum. Cavendum ibi erat quàm maxime à rumore lentioris tranſitus, vel majoris apparatus ad exequendum propoſitum: cui hoc ut plurimum obfuiſſet, ac ſpem totam intervertiſſet de figendo pede in Valtelinorum ditione. Oportebat itaque præcipitem eſſe in hoc negotio, & occaſionem quaſi toti ſuffurari mundo. Nam tranſitus viam ab Helvetiis rogare, fuiſſet rem totam manifeſtiſſimè indicare, quam, ut diximus, occultam opportuit: nec lentius quidem cum illa progredi oportebat, quæ ingentem requirebat feſtinationem.

Nam ſi eum negaſſent; ſatis illis fuiſſet otii ad aſſumenda arma protegendis ſuis finibus, & inhibendo exitui noſtræ

petitionis: nec ſi in armis nobis ſeſe opponerent ad ſui tutelam, nobis vel in animo fuit contra illos hoſtiliter agere, vel in viribus, eos cogere. Et certe ſunt in parvis iſtis Cantonibus, tot ex infima fæce, cœco aliquo zelo ducti, ut & tantus eorum numerus, qui hoc judicii errore præoccupati tenentur, quique communis penè eſt omnibus Catholicis, qui non eodem cum Gallis ac Venetis feruntur ſtudio, ut, ſi vel aliquo quis modo Religionem aut Auſtriacam domum aggrederetur, nequaquam defuiſſent excitando potius rumori vel concitando tumultui, quã conſentiendo tranſitui alicujus exercitus, qui revera viam illis ad occupandam Italiæ partem præparabat. Quod ſi tranſitum annuiſſent, veriſimile eſt, id non ſine aliqua mora illos præſtituros fuiſſe, quæ exercitum tardat, & in qua concluſio non niſi poſt magnum hiatum ſuã concomitatur principia. Ad minimum certum eſt, illos non facturos fuiſſe, niſi ſolito ſibi more, hoc eſt permittendo tranſitum exercitui turmatim procedenti, non vero toti ſimul: nec modum

inno-

innovaturos Reipublicæ ſuæ coævum, ac inſtar libertatis ſuæ ſacrum.

Inopinatos igitur præoccupare oportuit, & in ipſo centro invenire medium, ad exemplum Domini de Rohan, nimirum inter hoſtilitatem, quâ obnitentes coguntur, & petitionem, quam renuere quis facilè non poteſt, dum ab ea inhibere nequit. Gaſtonius de Foix eodem uſus eſt medio, cum ſuppetias laturus Bononiæ, Mediolanenſis Marchionis ditionem ingreſſus, ſimul peteret tranſitum: Marſchalcus Horn occupato tranſitu in Stein, Conſtantiam obſidione cincturus, legatos ad Helvetios miſit ſeſe excuſaturus, & modum procedendi, ob negotium tanti momenti quod præ ſe habebat, ut & ob urgentem neceſſitatem qua implicitus eſſet. Hæc ſunt, quæ neceſſitas interdum ſubire cogit, quæque vel ab invitis bellicarum legum rigor extorquet. Hæc ſunt facinora, quæ nihil mali, nihilque continent amari, reſpectu eorum, qui ea patrant, præter exteriora, quorum origo, puta voluntas, ſana ſemper manet atque integra. Hæc lævis eſt rivuli alicujus ex-

 undatio,

undatio, quæ ſubitò in ſuum revolvitur alveum, ſuiſque includitur terminis. At eo medio utendum eſt, prout veneno utuntur Medici, id eſt, raro, nec niſi bene ad extrema curanda mala præparato.

Quicquid ſit, in facto Gaſtonii de Foix conſiderandum eſt, quod, in præoccupando itinere Mediolanenſi, tranſitum non petierit, alio fine, quam ne quicquam temporis negligeret, occaſione adeo urgente, dum reſponſum expectaret; ac ne hoſtile quid admoliri videretur contra Principem, cum quo nihil nobis erat turbarum. In eo tamen negotio plus teſtatus eſt prudentiæ & moderaminis, quam audaciæ, cum tanti exercitus Dux, omnia ſecum haberet, quibus viam aperiret, in dominio non munito, & quibus ſufficerent omnibus pellendis, quicunque viribus ſuis reſtitiſſent. Facinus Hornii ſine dubio magis magnanimum ac multo audacius fuit; at non pari ſucceſſu felix, cum præmium habere debuiſſet, & finem ſuæ fortunæ, expugnationem Conſtantiæ, quæ non ſucceſſit. Res

hæc

hæc ita turbaverat Helvetios, & præcipuè Cantones; tantaque exorta erat inter illos indignatio contra facinus inceptum, ut nullo omnino modo pacari potuerit, quoad Hornius cum armis ſuis ex ipſorum territorio receſſiſſet. Nec tamen indignatio illa penitus ei fuit inutilis, cum ad minimum prætextui alicui inſervierit mutatæ cum laude obſidionis, quam in longius protrahere ſine periculo non poterat, nec offenſæ ſecus Reipublicæ ſatisfacere, quin belli fortunam experiretur.

At in tranſitu Domini de Rohan, nulla firma conſtantia, nec ullus ſucceſſus felix deſideratur, qui ei non adfuerit. Novitatis gratia in eo integra eſt, nec ullum exemplum eſt, quod ſciam, totius ſimul exercitus Helvetiam transeuntis, tam longo ac difficili tractu: Adeo ut non mediocris in eo fuerit audaciæ, eum aggredi, nec privatæ prudentiæ, eam potuiſſe moderari, nec ſolitæ fortunæ, ad tantum deducere ſucceſſum. Miraculi cujuſdam ſpecies fuit, tanto cum ſilentio eò fuiſſe deductum, ut ne adventus quidem ejus prius ali-

quibus, per tot intervalla innotuerit, quàm quo jam perveniſſet: quòd fama, quæ tot habet alas totque ora, ne minimum vel obſcuri quid trans montes detulerit, nec quid pervenerit ad aures legati Hiſpanici, tum apud Helvetios Valtelinorum gratiâ commorantis. Fatendum eſt, magnâ hic opus fuiſſe diligentiâ ad præoccupandos homines & famæ celeritatem: inſignem prærequiſitum fuiſſe ordinem & curam, ad commodè ſuſtentandum tot militum numerum in tanta feſtinatione: peritiâ iſtius chorographiæ, ne ad inſtar mercatoris alicujus deluderetur itinere, fuiſſe maximè neceſſariam: ut & authoritatem cum pari eloquentiâ, ad mitiganda hominum ingenia, ita regiminis ſui atque Reipublicæ formâ conſervantium, quò tranſitus hujus novitatem patienter ferrent, ac ne de eo conquererentur; & ut conſenſum eorum obtineret.

Tandem Dominus de Rohan Valtelinorum ditionem ingreſſus vallem hanc occupavit, quæ tot annorũ decurſu pomum erat diſcordiarum, Orbem Chriſtianum diviſerat, & tantam ſuis Princi-

cipibus excitaverat æmulationem. At non diu optata hac pace uſus eſt. Invenit majora tandem pericula, quæ melius eum exercuerunt, quàm omnia hæc incommoda, quibus eluctatus erat hactenus. Renata ſunt hæc omnia, quibus præciderat capita, ad inſtar Monſtri, quod nobis fabulæ decantant: & ſumma ejus magnanimitas, tot hoſtibus involuta, omnium ſuarum virtutum minimè poſt occupata fuit.

Quin imo ſi vallem hanc ingreſſus fuiſſet, tanquam locum armis aggrediendum, cujus omnia exteriora fortalitia, exceptis iis quæ Rhætiam ſpectabant, hoſtibus parebant, & in quo loco tam ingentia naturâ jam patebant ſpatia, & tam frequentia, ut nulla ſpes ſupereſſet ea reparandi; ſine dubio ſucceſſiſſet id quod infortunio ejus non defuit, videlicet ab utroque exercitu ſe videre clauſum, puta Imperatorio & Hiſpanico. Erant tum illi fortè quatuor vel quinque hominum millia, quæ defendendæ convalli illis objiceret. Exercitus imperialis ſub Duce Fermamonio, milite magni nominis; decem hominū

millibus conſtans primus comparuit, quamvis exercitus Hiſpanicus certaminis delibaturus eſſet primitias, primum impetum ex ſua parte facturus. Quod ſi accidiſſet, metuendum fuiſſet Domino de Rohan ne ſuccumberet, ac ne communi in orbe legi ſibi obediendum foret, quæ in partibus imparibus debiliorem cedere jubet fortiori. Nihilominus bonus ejus Genius haud permiſit, quamvis non abfuerit, quin is, quem Fernamontio ſeſe oppoſiturum præmiſerat, prælio ſeſe ſurriperet, & ille tota potiretur convalle; ut in primis ſtatim initiis & in ipſo quaſi flore, ſpem amitteret gloriæ ſedulo ſemper conſervandæ.

Satis huic negotio materiæ inerat ad percellendos animos minus conſtantes animo Domini de Rohan, ut & ad perturbanda ingenia in aſperioribus occaſionibus, & in tam diverſa fortunæ facie minus exercita. Hæc tamen occaſio non niſi exercitio ceſſit, ad exhibendum ſolidius virtutis ſuæ robur, vel nequicquam fuit præter nubeculam, cui ſerenior dies ſolet ſuccedere. Conſertio

illa manuum, ut id quod res eſt aperiã, non minus moleſta eſſe potuit; ut nec felicior ejus exitus, magis gratus, quàm deſcenſus vel aſcenſus ex barathro. Rhæti, quibus nequaquam carere poteramus, vacillari jam incipiebant, ut ſummopere neceſſarium eſſet, inſigni aliquo facinore animos illis redintegrare, ni illos à nobis penitus abalienatos voluiſſemus. Si exercitus noſter infelici hoc fato animum penitus non deſpondiſſet, eo ut plurimum commoveri debebat; ſin verò ſatis ei ſupererat animi ad reſtaurandum prælium, parum ei ſpei fuiſſet, obtinendæ victoriæ. Contra verò hoſtium erat ſuperbè inſultare, & ex primo belli ſucceſſu, ut fieri ſolet, etiam de ſequentibus judicare. Ille vero non parum illis gloriæ in Italia alibique acquiſiviſſe debuit, nec illos ſibi perſuaſum ire oportebat, facile à nobis poſſe regione expelli, à cujus introitu prohiberi haud poterant,

Facile tunc erat in partes alicujus deſcendere, ut & in conſilio belli non difficile diſputatu, cum occaſionis hujus eventus publicè decideretur. Temera-

rium putabant nonnulli hoſtem victorem aggredi, & majore milite refertum quàm nos, conſultiusque futurum judicabant, conductum recens in Helvetia exſpectare militem, qui tum in procinctu jam jam erat; Nec quod totius erat negotii, id parti alicui concredendum, minus autem committendum fortunæ, quo ſemel perdito, nihil ſpei ſupereſſet reſtitutioni noſtrûm, nec metus hoſtibus in ſumma ſibi victoria gaudentibus. Cum fatum ipſum eſſet, quod noſtro exercitui minaretur,& ſydus infauſtum, quod in actiones tunc noſtras influeret.

Hæc opinio certè haud erat extra limites communis prudentiæ, eratque plurimorum exercitûs officiariorum, inter quos non pauci erant magno animo præditi, nec qui poterant vel in minimam ſuſpicionem venire timiditatis. At contraria huic opinio, quā D. Montoſier protulit, efficacior fuit: cui Dominus de Rohan annuit, non ut magis tantum honeſtæ, at ut & magis utili. Conſiderabat enim rerum quidem initia debilia plerumque eſſe & lenta, progreſſus verò citiſſimos: &, ut facile eſt,

à declivi aliquem loco avertere antequam accingatur ad curſum, ita difficillime in medio curſu inhiberi impetum; ſic quidem conſultiſſimum, naſcentem adhuc hoſtilium armorum gloriam citiſſimo auſu ſuffocare, & priusquam in immenſum ſuccreviſſet, in ipſis eam cunis inhibere: non morandum eſſe, in reſtaurandis Rhætorum animis, metu, in quem inciderant, conſternatis; quin & præoccupanda ea omnia, quæ in hac occaſione, non niſi funeſta ſubſequi ſolent: futurum, ut, ni feſtinarent in occurſum procedere hoſti, exercitus, qui in confiniis erat Mediolanenſium, in nos impetum faceret, priusquam acceſſiſſent Helvetii: nullum eſſe dubium, quin & horum, non niſi parvus numerus coactus ſit, ad famam hujus jacturæ: ac præcipuum tandem fore, ſi aliqua daretur mora, in Venetam Rempublicā ſeſe recipere, hoc eſt, per portam exire inhoneſtam, & terram aliquā ingredi, ubi exciperentur, more quo ſolent cohortes debiles, & regio favore privatæ, & tandem palantes diſſiparentur, quo facilius ex illis præda fieret,

ret, vel ab incommòdo, quod incolæ metuerent, liberaretur. Tum etiam cum ob moram haud dubius totum exercitum maneret interitus, & cum malum jam ingravatum fuiſſet magis, ſi altius radices ejus agi permitterentur, præſtare belli experiri periculum, quod anceps erat; & eventus incertitudini ſeſe committere, quæ propitia eſſe poſſet: In ſpe victoriæ nos eſſe, quamdiu prælio decertare licet; nec primam eſſe occaſionem, quâ parva manus ingentem hoſtium numerum ſterneret, & militum copia militari cederet diſciplinæ.

Conſiderabat denique, quamlibet cauſam proximam bellici eventus, in ducis ſemper caput reflecti, ſive felicem, ſive infauſtum pareret ſucceſſum, Et quamvis Fernamontio in caſtrum Valtelinorum, alterius injuriâ vel infortunio aditus patuerit, ſuum tamen fuiſſe quodammodo jacturam hanc reparare: nec ſufficere coram Principe ſuo nullius accuſari poſſe criminis, ne damnari queat; verùm etiam requiri, ut rem proſpere gerat. Nec arma ſubditis concredi, ut ab infortuniis ſibi caveant, ſed

ut rem ad proſperum finem deducant. Non ſatis eſſe, ut Principibus ſatisfiat, in mandatorum exequutione non egredi limites, ſi non amplius quid præſtetur, ut quiſque opprobrio ſeſe eximat, ac mereatur laudem.

Hic conceptus à generoſo ſatis profectus eſt ânimo, & nimis egregius, ut non fortuna ſerio ei faveret ſucceſſu. Noſtri etiam tanto impetu procedebant in hoſtem, ac tanto unà ordine, ut eo ſibi obvio in valle Levinia, multis cæſis multisque captis, omnes palantes egerint, majorique fugâ ſibi proſpicere coegerint, quàm animo ad ſeſe accederent. Dominus de Rohan non primam hanc ſtatim victoriam langueſcere ſivit, nec hoſtem ſuperſtitem, numero adhuc potiorem, tanta dignatus eſt mora, dum diſperſos paſſim milites, & animum à perpeſſa jactura recolligeret, caſtrum Valtelinorum ingreſſus, eoque occupato, ubi non hoſti animus erat ſe expectare, illico eum tam feſtinanter perſequutus eſt, & ad Mazze aggreſſus, ubi militum manus fuit recollecta, numerusq; major quam noſtrûm, ut ne in

eo quidem meliorem fortunam ſint experti, quam in valle Levinia. Quinimo tam male excepti ſunt, ut plures quàm tria ſuorum millia amiſerint, tum cæſorum, tum captivorum, tum in Agde fluvio demerſorum, reliquis ita diſperſis, ut ex decem millium numero Valtelinum ingreſſo, ne mille quingenti ad caſtrenſia inſignia redire potuerint.

Per inſignem hunc conflictum vallis illa ab Imperialibus liberata fuit, nec ex toto illo numero plures quam quadringenti manſerunt reliqui in thermis Bornuenſibus, unde D. de Rohan eos pellere ſtatuerat, quamvis locus eſſet quaſi inacceſſibilis, nec ulli, alio modo ad eum pateret acceſſus, quam repenti. Ne id quidem impedimento fuit, quò minus vi expugnaretur, noſtriſque tandem militibus via aperiretur, etiam per continuam miſſilium globorum ac lapidum grandinem. Expugnatio hæc magni nobis conſtitit, Dominus enim Montoſier vita eam ſolvit, qui, in primis ſtatim militum principiis hoſtem aggreſſus, vel militem ad ſtrenuitatem animaturus, vel locum tanto citius expugna-

pugnaturus, priusquam Frezelerius ab alia parte acceſſiſſet, lapide ictus paucis diebus poſt obiit. Jacturam viri tot meritorum Dux militiæ graviſſime tulit, ſine affectu de illo judicans: Ejus Æmuli eum lugebant: & quibus vel ipſe non erat charus, poſt ejus obitum in eum non fuerunt iniqui. Hoc de eo hic reddam teſtimonium, cujus rationem plurimæ à me cauſæ exigunt, neminem videlicet fuiſſe in Gallia ex nobilibus, qui hac ætate potiora præſtiterit facinora, nec cui unquam futura ſecula majorem pollicerentur gloriã, ſi virtus ejus, prolixius vitæ tempus, ad ſui exercitium nacta fuiſſet.

Valtelino ita ſumma cum gloria occupato, ac omni impedimento, quod nos in confiniis infeſtare poſſet, penitus amoto, Dn. de Rohan extruendis propugnaculis adhibuit animum, quo & incolæ in officio, & hoſtes in æmulatione conſervarentur facilius. Verum tranquillitate hac non diu uſus eſt, cum hoſti nequaquam arrideret, rem illis tam parvi relinqui, quæ multò ſibi majoris conſtiterat. In hunc finem duos præparabant

rabant exercitus, eo quo fieri potuit ſilentio: quod apertis viribus diffidebant, id clam ſe expugnaturos opinabantur, hoc eſt, ſperabant nos inopinatos oppreſſum iri, à variis ſimul locis aggreſſos. Ad decretum hoc haud tam occultum eſſe potuit, quin ſummæ Dn. de Rohan innotuerit vigilantiæ: curaque ejus quam huic expiſcando adhibuit, multo potior fuit illâ, quâ hoſtis enitebatur in ea celanda. Tum primum apparuit quantum ei immineret periculum, & ut actum ſecum eſſet, ſi à duplici exercitu claudi pateretur, nec ſeparatim cum utroque confligendi nanciſceretur occaſionem, ſine diviſione ſuorum militum, qui pauciores erant quam ut tutò diverſis ſimul hoſtibus opponi poſſent. Adeo, ut tota ſuorum armorum ſalus, non niſi in præoccupatione eſſet, nec præoccupatio niſi in matura ejus feſtinatione, quæque talis fuit, ut pro merito dignum habuerit ſucceſſum. Fernamontius primus caſtra ſua movere cæpit, ac vallem tentare. In more hoc poſitum eſt domui Auſtriacæ, duces ſuos officio haud privare, ob fortunæ in-

injuriam, aut rem ſemel parum feliciter geſtam; quin imo firmiter credit, deſiderium ejus reparandæ, & honoris ſimul ac virtutis reſtaurandæ effectum in iis celebrius præſtiturum, quàm in aliis, qui hoc animi ſtimulo non excitantur. Hoc tamen Fernamontio non contigit, qui in ſolito ſuo infortunio perrexit, ultimâ ſimul gloriâ amiſsâ, ubi in valle Freslia præter opinionem citius noſtrûm ceſſit victoriæ.

Quidquid de noſtrûm adventu indicabatur, totum id negligebat, nec ullo modo perſuaderi, aut credere potuit noſtros ſibi obviam venturos, quin eos facile proſterneret, vel valle illa includeret, in qua D. de Rohan eum ipſum inopinatum, ne dicam, qua ſtrage, excepit. Exercitus noſter conſtabat quater mille peditibus & equitibus quingentis; ejus verò, quin ejusdem cujus & prior fuerit numeri, parum abfuit. Vallis hæc quatuor aperta habebat ſpatia, per quæ patebat introitus, horum tria nos eodem pene tempore occupavimus, exindeq; Fernamontio trina acie in occurſum ivimus. Ille quamvis ſaluti potius

tius ſuæ ac tutiori fugæ conſuleret, quàm communi prælio: nihilominus prima ſtatim fronte alacrem ſe parum præbuit, ac mille ducentos vel quingentos circiter nobis oppoſuit equites, qui exercitum noſtrum morarentur, quò ſui interim pedites periculum evitarent facilius fugâ verſus Tyrolim, per quartum illud apertum ſpatium, quod reliquum erat liberum. Hæ equitum turmæ, in prima ſtatim acie poſitæ, ſtuporis nonnihil incuſſerant illis, qui inter primos in mandatis habebant eos adoriri, quique procul dubio ſuccubuiſſent, nî ipſe D. de Rohan, dum in conflictu cominus atque acerrimè pugnaretur utrinque, eis ita æquis viribus ſuccenturiatus veniſſet, ac ſi privata militiæ Tyrocinia exercuiſſent. Non hoſtis diu noſtras vires ſuſtinuit, ut nec longam poſtea moram poſuit in cedendo, ac penitus tandem fugiendo. Equites ejus per medias peditum phalanges ruebant, & pedites, ne in fuga impedimento ſibi eſſent arma, ea abiiciebant quò celerius fugerent. Strages tanta fuit, ut ex hoſtium numero ad duo circiter millia tàm cæ-

ſorum, quàm captivorum deſiderarentur, præter inſignem prædam, quæ optimè noſtris obvenit.

Hic fortuna invidebat quodammodo Domino de Rohan: quæ ſi felicior ſucceſſiſſet, in eo ſine exemplo ſanè futura fuiſſet, quā propriâ ſibi prudentia proſpexerat. Nam ſi unus ex militiæ præfectis, quem hic non addam, citius ad Fresliam vallem accurriſſet, prout id ei mandatum erat, occupaturus quartum illud ſpatii oſtium, difficillime futurum fuiſſet, ut vel unus effugeret, omnibusq; inſtitiſſet neceſſitas victis nobis tradendi manus: quippe ut noſtros effugerent, non alius patuiſſet exitus, quàm ſi volatu ſuperaſſent montes, vallem hanc undiquaque cingentes.

Periculum quod noſtro imminebat exercitui, non cum hac victoria ceſſit: alia ſedanda exoriebatur tempeſtas, jam à lacu Comano nutans, majorique referta periculo, quàm ea quæ ex parte Tyrolis exſurrexerat. Serbellonius cum comitatu peditum ſeptem vel octo millium, & octingentis equitibus accedebat, ad præcludendam viam, quâ, ex

Vene-

Venetorum Republica, omnis generis commeatus nobis adferri ſolebat. Is magni inter ſuos erat nominis, & qui præter multa ingentia officia, quæ ſummo ſemper cum honore exercuit, id etiam gloriæ obtinuit, ut, in aperto ad Norlingam prælio, potiſſima ei pars ſimul ac victoria imputata fuerit. Numerus noſtri exercitus major colligi non potuit, quàm quem diſperſorum ſubminiſtrabant reliquiæ, nec is tamen, vix poſt abſterſum à fronte ſudorem, multo itinere laſſari debuit, ubi quærendi hoſtem ingrueret neceſſitas, quem offendi ad Morbeigne. Hoſtis commodam in quodam pago manſionem nactus, in duobus templis ac oppoſito cœmeterii muro, latitabat tuto: ubi eum aggredi, tam bene ſeſe tutantem, nimius nobis fuiſſet auſus, ni majus ex ipſorum manſione in nos redundaturum fuiſſet periculum, vel ſucceſſurum gratius quod ſpes pollicitabatur.

In hoc caſu, in quem ſeſe Dn. de Rohan redactum vidit, atque in hac neceſſitate, ubi maturo opus erat conſilio, dum dubius hæreret; id, quod honeſtiùs

ſtius erat elegit, puta conflictum. In hunc finem, diſpoſito in aciem exercitu, ac partibus in varias turmas: ſejunctis, quo ex diverſis partibus aggrederetur ſimul, ad hoſtem accedere juſſit, qui etiam ne ſuis deeſſent partibus, ſe parabant, ſtrenuè excepturi noſtros: plura ſibi tectis pollicentes, quã ſperare poſſent, dum quid moliuntur, nudi. Hoc die Fortuna diverſis noſtris ſucceſſit diversè. Non quid unquam melius præſtari poteſt, quam id quod præſtiterunt Caniſius & Frezelieres. At quod de Leques cum quarta peditum noſtrorum parte totus in fugam ſeſe verterit, id cum nulla unquam infamia commenſurari poteſt. Pavor, qui in primo ſtatim congreſſu eum cepit, tantus fuit, ut ne ad inſtantiam præfecti militiæ rogantis, nec ad Ducis ipſius authoritatem, qui ad eum accurrerat, minantis, ad prælium redire voluerit, nec vel minimum timiditatis ſuæ morſum perſentiſcere. Hoc malum exemplum duas adhuc alias infecit legiones, adeo, ut ab hac parte re penitus deſperata, ac in ea reſtauranda operâ Domini de Rohan

 perdi-

perditâ, ad Caniſii & Frezelerii partes animum converterit, de quibus nihil adhuc ſibi innotuerat, ipſeque potius, quàm ut aliũ eo mitteret, prout ſuadebatur, deſcenderit.

In primis ergo principiis eorum, quos à lateribus ſibi habuit, conſtitit, ac juſſis à primo inſultu reliquis, ſeſe ſubſequi, ipſum pagum Morbigne aggreſſus eſt, quo totus hoſtium exercitus confluxerat, & quo in loco totius præſentis cauſæ futura erat deciſio. Non negandum certe eſt, Caniſium & Frezelerium inſignem hac occaſione præſtitiſſe operam, & manifeſta, ut & ubique alio locorum valoris ſui indicia; at & hoc ſimul fatendum, eos jam declinare cœpiſſe cum Dn. de Rohan accederet, ut ni ſibi ſuccurſum fuiſſet, potiori hoſtium numero ceſſuri ac ſuccubituri fuiſſent. Præſentia Ducis noſtri novum noſtris indidit certaminis ardorẽ, cujus eventum ſenſere hoſtes: tam ſubitò mutata eſt illorum fortunæ facies, ut cum victoriam manu jam prehenſam crederent, eodem ſimul momento in diverſas agi partes cœperint palantes. Circiter

ter tria hoc die millia ex ſuis deſiderabant, & caſtrenſis eorum commeatus totus noſtris ceſſit in prædam, ad quam Dominus de Rohan ſuam non admovit manum, quamvis in ea ut plurima fuerint vaſa argentea, ut & multa pecunia ſolvendis militum ſtipendiis.

Ab hoc ſtatim die poſſeſſio Valtelinorum nobis facta fuit ſecura, milesque Tyrole conductus tertiò congreſſurus ad famam ſolùm hujus victoriæ ſeſe diſſipavit. Tandem nihil in hoc loco præſtitum eſt memoriâ dignum, ad defectionem uſque Rhætorum, præter duas excurſiones, quas Dn. de Rohan in Mediolanenſem fecit Ducatum. Hoſtis interim ſæpius eum viſurus accedebat, ab honeſtate ipſa perſuaſus, ut aliqua velitatione manus cum eo conſereret, ne fruſtra gloriaretur de victoria. Prima contigit ſub Montagne de la Franceſca, ex qua, eluſis omnibus inſultibus, quoscunque, vel loci occaſione, vel ſub Colonello Guaſcone virium ſtrenuitate ad ſui defenſionem fecerant, tandem victi ceſſerunt. Ille partes has ſuſceperat, partim quo pari pœna Parmenſem Ducem

à flamma vindicaret, quaHiſpanicus ante exercitus depopulatus erat ejus ditionem; partim ut ſuos ſemper in exercitio teneret, & hoſtium prædâ eos refocillaret. Secunda contigit poſt pugnam ad Navilium, ut Sabaudiæ Ducis câſtris jnngeretur trans montem multo aſperiorem, quam is erat de laFranceſca. Id tamen nequicquam impediit, quo minus eum tranſiret, victrici omnibus manu obvius, quicunque reſiſterent, ne ad Lequam uſque penetraret, unde tamen poſtea eandem repetere viam coactus fuit, videns Sabaudiæ Ducem non appropinquare ut ſe reciperet, nec ulla ſpes eſſet tranſeundi per Mediolanenſem Ducatum, minori militum manu, quam habebat alibi, idque ſine bellicis tormentis.

Pauco poſt intervallo in morbum incidit, quo durante, indicia fluxæ Rhætorum fidei paulò manifeſtius apparere incipiebant, ut & ſemina, quæ jam olim fovebant, virideſcere. Vixdum ad mediam valetudinem perveniſſet, deferri ſe eò curavit, ubi prima eorum initia originem ducebant, viſurum, an non, quæ pri-

primum, naſci inciperent, eorum incrementum, in primis ſtatim principiis inhiberi poſſet. Poteſt citra omne mendacium dici, morbum hunc nequicquam impediviſſe, quo minus omnibus, rationis atq; experientiæ defungeretur muneribus, aut quo minus audaciæ & magnanimitatis præſtaret opera, quoties ardui quid & difficilis propoſito ſuo objiceretur: quin vitam ſuam deponeret, totam ſuam libertatem alterius judicio concrederet, ac in Coiri Senatu ventilatam videret, quò infenſiſſimo hujus coronæ hoſti immolâretur. At malum hoc majus fuit, quàm ut ullo medicamine ſiſti, & declivium, in quo ſe projecit, tam præceps, ut nequaquam inhiberi poſſet.

Haud me latet malevolos Galliæ hoſtes, ut & Gallos ipſos, qui in eodem cum illis affectu ac conſenſu conſpirant, quique ſub ſpe vana ſtipendii ſibi nunquam perſolvendi eis inſerviunt, & partes eorum agunt, ad id officii non vocati: qui ad eorum exemplum, omnibus felicioribus ſucceſſibus invident, & qua poſſunt operâ noſtra augent in-

fortunia; loquutus fuiſſe de Valtelinorum jactura, tanquam de fatali Reipublicæ vulnere, ac ſi poſt hanc jacturam, penitus de Republica actum eſſet, nec quicquam noſtro cederet uſui, quod ibi geſtum eſſet, ac omnes denique impenſas tanquam in fundum maris projectas. Verum quibus de hoc negotio ſine præoccupato ingenio judicare licebit, quique rem totam æqua lance ſine ſtudio privatæ utilitatis librabunt, habebunt, ni fallor, quod haud ita modico fructui imputabunt ea omnia, quæ ibi à nobis præſtita ſunt, ne incommoda, quæ inde reſurgere clamitant, tanta. Et certe meo quidem judicio Dn. de Rohan, non rem ita exiguam præſtitit, cum, toto biennii ſpatio, diverſis occaſionibus ac locis, hoſtem tum in Germania, tum in Italiæ confiniis tardaret, cum ſuppetias, quæ ex Mediolanenſi deſcendebant Ducatu, morâ, invaſionibus, & impenſis extenuaret, quæ ſecus commodius Valtelinorum tranſiiſſent caſtrum: cum tres Imperatoris & Hiſpaniarum Regis fudiſſet exercitus: cum exteros in tanto Galliarum Regis exercitus terrore con-

contineret, atque Italis præcipuè ſummam armorum ſuorum æſtimationem incuteret, quæ utcunque vacillari cœpit, poſt obſidionem Valentiæ. Id vero quod conſideratione dignius eſt, quodque ſcopum hujus expeditionis potiſſimè concernit, cum lapidem hunc offenſionis ſuſtulerit, ad quem tot offenderunt Principes à viginti uſque annis, & cum omnes dubitationis ſolverit nodos, diſcordiarum incitamenta futuros, quoad ultimus earum nexus præſcinderetur, & torrem extinxerit fumigaturum, quoad ſeſe ocaſio offerret eum extinguendi, hoc eſt, cum Rhætis ſupremam in Valtelinos aſſeruerit poteſtatem, qui ſibi anſa ſemper litium erant, ac cauſa cur ſæpe ab Hiſpanis oppugnati fuerint pertinaciter, conſenſu & viribus eorum adhibitis.

Quod ſi eis mutua negotiationis commercia Germanis ac Italis jam ſint tutiora, minoriſque haberi poſſint, quam cum nos viarum tranſitu potiremur, ut & continuo hoc tractu, quo utraque hæc regio terminatur: vel ſi exercitus tranſitum alio in loco opportunius in-

hibere poſſint, quam ad lacum Comanum, æmulatione inhibitionis à nobis in Valtelinorum ditione præſtitæ. Apud eos quoque conſiderationem merebitur, maximis à nobis impenſis obviam itum, quæ eroganda forent ſtudio conſervandæ hujus vallis, ut & Rhætorum amicitiæ ſtabiliendæ, quæ nobis magno venalis erat. Tum etiam, cum noſtri haud fuerit propoſiti illac Mediolanenſem aggredi Ducatum, Rexque juſtiſſimis permotus cauſis, aliò nervum ſuorum armorum cogeretur tendere; certiſſimum eſſe, malum quod nos aliunde manebat, utpote ab armis hoſtium, quæ ad Comanum erant lacum, haud comparari potuiſſe cum hoc fructu, qui ex noſtris in nos redundabat armis aliò converſis, prout id abundè probavit exitus.

Ultimam tandem adjiciam manum, & quaſi Colophonis vice addam ad præſtitam narrationem, quasdam conſiderationes in adminiſtratione, quam Dn. de Rohan ſtudioſe in Valtelinorum expeditione obſervavit. Prima eſt, quod nihil unquam magis ei fuerit cordi, nec

ma-

majori unquam diligentiâ rei alicui advigilaverit, quàm exercitus ſaluti, ac ſubminiſtrationi commeatuum, & ne quid ex eo, quod intus contineretur in valle, exiret, vel diſperderetur fruſtra: vel ne fierent prædæ, quas præfecti in ſuos milites exercere ſolent: ut excurſiones in hoſtium territoria opportuno fierent tempore, quibus militum ſuorum egeſtati, tanquam gratiſſimo ſuccurreret panario, quæque non minus eis gratæ ſunt, ut & ingenio conformes, quò vi aliquid extorqueant, quam ſi offeratur ultro. Leges, quas in hoc ſequutus eſt negotio, meo judicio ſunt prudentiſſimæ: ut ſupremus militiæ dux militibus ſuis patris ſit inſtar, &, ut paterni eſt officii, liberis ſuis inter minima, quibus ei tenetur, de pane ac reliquis ad victum neceſſariis proſpiciat: Exercitum non diſſipari defectu officiariorũ, quos honoris reſpectus, ut & commoditas vocationis ſatis in officio continet; ſed militũ jactura, quos non ita facile retineas, niſi fami provideris. Militem, ubi hujus curæ ſemel de duce ſuo cepit opinionẽ, ſequuturum quocunq; præceſſerit, cum

haud credat ſe ductum iri, ubi ſubſiſtere non poſſit. Idque ita veritate comprobatū eſt, ut poſt integri biennii bellum, poſt tot prælia, ac tot peſtium incommoda, undecim vexilla Valtelinorum egreſſa ſint caſtro (Exercitus enim equitum ac peditum turmis erat refertiſſimus) ſeptingenti equites & octo peditū legiones, ad quinque circiter in univerſum armatorum millia omnium quos tulit Europa armis onuſtiſſima.

Secunda, quod ex duabus præcipuis cauſis, quare Dn. de Rohan ſemper profligaverit hoſtem, tertia vel media interdum parte pauciorem habens militem; prima fuerit ſumma illa ac perfectiſſima ſcientia Duce hoc ſæculo digna, qua milites ſuos pro loci ac circumſtantiarum occaſione dextrè ad pugnam ordinabat perſpectis undiquaque diligentiſſimè tum ſitu, tum natura territorii, in quo eſſe contigit: Secunda aſſueta jam methodus dividendi militem in diverſas minutiores partes, quo ex plurib⁹ ſimul partibus hoſtem facilius aggrederetur, eumq; tā juſta proportione diſponendi; ut æque omnib⁹ hoſtē aggrediendi, ſine mu-

mutui impedimenti injuria, ſimul pateret occaſio. Unde fit,ut totidẽ pene ſint confligentes quot & milites: nec,ſi pars aliqua exercitûs rumpatur, jactura vel turba tanta quin facile reparari queat, cũ parva ſit,multæq; aliæ turmæ ſubſint, primis cedentibus ſuccenturiatæ. Contrarium patet in exercitu à viris non ita prudentibus adminiſtrato,ubi præter unam partem, nulla eſt, quæ in tota ſimul acie moveri poſſit,reliquis omnibus immotis, quin & cornua aliæque aciei partes tantæ, ut ſi vel una hoſtium impetu ſcindi incipiat, totius ſtatim exercitûs non facile reparetur periculũ, ad inſtar pręcipitis alicujus ædificii ruinæ,quę reparari nequit quin de novo inſtauretur.

Tertia conſideratio eſt,quod quamvis graviſſime occupetur plerumque, cui ducendi exercitus ſimul atq; cum hoſte confligendi demandata eſt cura; hæc tamen quaDn.de Rohan in Valtelinorum caſtro & alibi paſſim, implicitus fuit, ſemper negotiationibus & bello ſimul miſcebatur. Unde liquet non minoris eum fuiſſe judicii in conciliandis privatim conſiliis, atque in exequendis pu-

blicè boniDucis officiis: nec munia ſua minus exequutum fuiſſe politicè, quam optimi militis officia magnanimiter;vel tam acri præditum ingenio, ut binis diverſis ſimul ſufficeret negotiis,quorum vix alterutri communes ſufficiunt vires.

His ita præmiſſis, ac quæ continuo præfationis hujus tractu à nobis dicta ſunt, vel ratione probatis, vel exemplorum acervo ſuffultis: facile reliquum eſt judicatu, quodnam ſit libri pretium, quantuſque valor, qui ad vivum uſquè exprimit genuinam viri hujus imaginẽ & ingenii ejus vires,ad normam rerum, quæ hic tractantur, exercitatas. Certe ſi præter brevem Cōmentationem epitomen, ac breves ad illa notas, nihil nobis feciſſet reliquum: hoc eſt,ſi ſuccum tantum ac nervum horum commentariorum nobis oſtendiſſet, præciſis rebus omnibus, militari principū exercitio ſuperfluis; ſi hæc omnia præſenti tantum bellorum uſui accōmodaſſet, ad diſcrimen priſci tormentorum uſus: opus in ſuo genere inæſtimabile præſtitiſſet,nec cōmune quis unquam bonum magis ſibi devinxiſſet, quam eo publice communi-

municato. Verum non hoc illi ſuffecit. Nihil eſt in tam opulenta hac materia, quod non diſtinctè ac peritè tractarit, prout id ex ipſa opuſculi lectione pateſcet clarius.

Quod ſi quis fortè obſtupeſcat ad editionem librorum à Viris hujus generis & vocationis; id quod ante dictum eſt pro reſponſo habeat, videlicet non publico eum bono allaboraſſe, neç eum intendiſſe finem, ut militares ſuas obſervationes, & quæ circa hoc negotium unquam pertractavit, in publicum ederet, etiamſi hæc omnia in ſcriptum redegerit. Quod etſi factum fuiſſet, nulli tamen cuiquam admirationi cedere deberet, cum ne Sol quidem omnem ſibi ſplendorem ſervat, ſed aliis eum etiam ſyderibus ut & rebus ſublunarib⁹ impartitur: nec alia quævis corpora odorifera ita gratum ſuum odorem intus retinent, quin eum exhalent, cumque in ſumma hæc boni natura ſit, ut ſeſe aliis communicet ac latè diffundat. Ne quid hic de Cæſare dicam, cujus gloriæ calamus inſignia erexit monumenta, & totidem pene reliquit præcepta, quot militaris

ſuæ artis expreſſit documenta. Hæc & ſi quæ ſunt ſimilia velamini eſſe poſſunt iis, qui gerendis rebus nati, non ſecus à negotiis otio ſe dare poſſunt honeſtius, quam propria ſua facinora deſcribendo, quò tota demũ poſteritas ſciat, quid ex uſu ſuo ſit, vel quid facere conveniat iis, qui ejuſdem cum illo ſunt profeſſionis.

Exemplo primi hujus Cæſaris, aliud adhuc addam Cæſaris moderni, & Cæſaris certè omnium maximi, qui à Caroli uſque Magni temporibus Imperii unquam habenas moderavit, nimirũ Caroli Quinti. Hic, abdicato Imperio, quod limitibus ac regnis ſuis vaſtiſſimum filio ſuo conceſſerat, dono tam inſigni ſuperaddidit etiam tractatum de bello gerendo tam egregium, ut qui ad minutas uſq; deſcendat obſervandas contra Turcas, Gallos, &c. In eo inter alia exactè & pereruditè videre licet modum metandi caſtra, & rationem tuendi militem, quem Fabricius olim Columna cœperat introducere, qua Dominum de L' Autree ad extimas redegit anguſtias, & qua Albanus quoque Dux ita ſæpe

magno

magno cum ſuo fructu uſus eſt, ut frequentisſime ſine ullo conflictu triumpharit, magnoſque demum in re militari progreſſus fecerit, ſine ullo ſuorum vel jactura vel periculo.

Hic diſcurſum hunc non finiam, priuſquam aliquid de me ipſo dixero, & lectorem benevolum rogavero, ut credat, non merum fuiſſe affectum, qui calamum hunc ad ſcribendum vel impulerit, vel promoverit, ſed puram ac putam veritatem, mihi optimè notam; quamvis interim haud diffitear, me ab affectu hoc in totum non fuiſſe vacuum, cum æquis niſus rationibus calamum arriperem: & totam hanc quorundam ejus actionum narationem, tantò fide eſſe digniorem, quanto ab aliorum relationibus recedit longius, cum nec aliorum ad id teſtimonium requiſiverim, nec diariorum uſus ſim notis, quæ aliorum potius ope fuerint corraſæ, quam meo ſtudio, qui ex geſtorum occaſione, pro loci ac actionum circumſtantia, in meum uſum ipſe ſcripto redegeram, ut, ſi quando, vel ſatisfaciendæ curioſitati, vel propriæ promovendæ utilitati eadem placeret repetere, exinde exempla haurirem.

Oborietur forſan aliqua digresſio, quæ præcidi potuiſſet, vel prolixior aliqua materia quam ut conveniat præfationi. Hoc ſi futurum eſt, ad id quod reſpondeam, nihil habeo, præter quod errorem meum confitear, ac aperte oſtendam, difficillime fieri, ut quis ſe inhibeat à tota illa materiæ copia pertractanda, quæ in ſcribendo

bendo ſuppeditatur affatim, vel impetum moderetur dum imaginationis actus incaleſcunt. Quod ſi etiam poſtremæ aliquod pagellæ habeant narrationem ad normam & leges hiſtoriæ confectam, aut ad minimum ad inſtar ejus idææ quam in mente mea conceperam, & ita fortè præfationi minus convenientem, quæ non niſi rationibus & documentis fulcienda videtur; tum ne ad hoc quidem quod reſpondeam aliud habeo, præter quod rapidus ille, quo ferebar impetus, violentius me avexerit ad ſcriptionem reliquiarum hiſtoriæ mei temporis, cujus olim deſcribendæ ſummo ardore flagrabam. Adeo ut quamvis ab hoc incepto deſtiterim, cum cura ejus rei pertractandæ alii potiori eſſet demandata, nulla tamen ratione inhiberi potuerim, quin occaſione rei tam præclaræ meas quoque vires tentarem, eaſque in tam celebri arena experirer. Denique quemadmodum haud invitus fateor, Viros Bellicæ rei deditos, (quos in hoc negotio legitimos judices agnoſco) dum quid armis non indecore à me ſcriptum agnoverint, fortunæ potius quàm meæ peritiæ adjudicaturos; ita eoſdem obnixè rogo, ut, ſi quid fortè incongruum ſurrepſit, mihi etiam conniveant, qui errorum meorum indignationem ultroneâ confesſione lubens prævenio: nec eadem honeſtatis mihi denegent officia, quæ mea illis ſponte offero.

PARS

PARS PRIMA

De Ratione Status PRINCIPUM ET STATUUM ORBIS CHRISTIANI.

PRINCIPES ſubditis ſuis imperant, Ratio Status etiã Principibus. Quantò autem Princeps ſubditis ſuis eſt ſublimior, tantò plus in cognitione ſtatus ſui rationis, præ omnibus aliis ejusdem actionibus, ſitum eſt. Poteſt quandoque Princeps circumveniri, poſſunt Conſiliarii corrumpi, ſola Ratio Status ejuſdem nunquam fallere poteſt, ſed in quantum benè vel male attenditur, in tantum ſtatus ejuſque incrementum aut decrementum ſuccenturiatur: Et cum cujuslibet ſtatus ratio in amplificatione, aut ad minimum in conſervatione

illius

illius conſiſtat, utique alterutrius conſequendi ergò tempori ſerviendum eſt. Quicunq; ergò rationem ſtatus Principum modernorum penſitare velit, non eſt, ut altius id petat, ſed rerum præſentem ſolummodò ſtatum expendat. Eum in finem hoc fundamento nitatur, reperiri in orbe Chriſtiano duo potentiſſima Regna, quæ poli quaſi duo ſunt, undè pacis & belli influentiæ ad alios ſtatus delabuntur, Regnum videlicet Galliæ & Hiſpaniæ. Hiſpaniæ Regnum, quia ſubitò in tantam potentiam accrevit, intentionem ſuam, quibusvis videlicet dominandi, & in Occidente Monarchiam novam ſtatuminandi, celare non potuit. Galliæ è contra maturè hoc egit, illi ſe ut opponeret. Reliqui Principes huic vel illi, pro exigentia cujusque ſtatus, ſe conſociarunt. Quia autem quidam eorum, in quantum rationem ſtatus ſui benè vel malè trutinârunt, aut compendium aut diſpendium fecerunt; proindè conſtitui in præſenti tractatu ob oculos ponere: Primò, quænam vera horum duorum palmariorum Regnorum, & aliorū indè quaſi dependentium,

dentium, ſit Status Ratio. Deindè, in quantũ à verâ Status ratione Principes, aut eã non rectè intelligentes, aut à corruptis ſuis miniſtris ſeductis ſeceſſerint.

Diſcurſus I.
De Ratione Status HISPANIÆ.

HIſpaniæ Regnum prima in Europâ continentis pars & caput, Oceano magno terminatur, ubi & Mari mediterraneo jungitur, quo ab Africa diſcernitur; Galliam verſus Pyrenæos montes quaſi pro finibus habet. Ab hâc amplâ commodeque ſitâ Provinciâ plures alii, & quidem diverſi ſtatus dependent, hinc & indè in Orbe diſperſi. Philippus, qui ad ſummum faſtigium regni hujus potentiam elevare conatus eſt, ſentiens, ingenium ſuum ſimulationi & machinationi quam bello gerendo aptius eſſe, prudenter expendit, Monarchias heroicorum Principum & belli Imperatorum virtute, curſim quaſi acquiſitas, adeò ſtabiles non eſſe, quàm maturo conſilio ſubjugatas, & bonis legibus ſuffultas. Quia enim Heroës hi,

qui

qui ſemper vincendi, ditionesque ſuas ampliandi ſtudio, non verò firmas leges condendi efferuntur, non uſquequaque ſibi ſimiles ſucceſſores habent, facilè eſt victis, qui aliàs libertatis ſuæ, priſtinorumque Dominorum memoriam nondum exuerunt, cùm timore ejus, qui eos devicit, ſe eliberatos ſentiunt, ad aliquam mutationem reſilire. Hoc ſanè prudentem huncce Principem, ductum ſuæ naturæ ut ſequeretur, movit, undè in actionibus ſuis, viam, genio ſuo convenientiſſimam, elegit, intentionem ſcilicet ſuam imperſcrutabilem, diſſimulationis profundæ adjumento promovendi.

Quo fine ſedem dominationis ſuæ in Hiſpania fixit, ut indè reliquis hujus corporis diviſi membris calorem impertiri, ac regno hoc præſentiâ ſuâ in pace & concordiâ conſervat, tantò commodius callidis ſuis artibus, omnem reliquam Europam inquietare poſſet. Quamvis autem tempus, rem tantam plenariè peragendi, eum defecit, ita tamen omnia expedita poſt ſe reliquit, ut ſucceſſoribus ſuis ulterius iiſdem in-

ſiſtendi

ſiſtendi facilè fuerit. Undè ſequentes regulæ, in quibus vera Ratio Status Hiſpaniæ conſiſtit, non ſecus, ac oracula quædam obſervantur.

Prima regula in Religione fundatur, quâ ducti populi, conſcientiæ obtutu, quidvis conantur. Summus Catholicæ Religionis ardor oſtendatur oportet, omnibus qui machinationibus ſerviat. Papæ inſtillandum, autoritatem ſuam, ſi potentiæ Hiſpanicæ in extirpatione Proteſtantium faveat, ſtabiliri, potentiamque hoc ipſo augeri. Reliquis Italicis Principibus perſuadendum, ſalutem Eccleſiæ contra quamcunque vim in protectione Hiſpanica conſiſtere; illâ omnes exteros ab Italia arceri, ac Religionem conſervari, quæ alias ex commercio eorum intaminata non maneret. In Galliâ, ubi multi ſunt Proteſtantes, Catholici tamen primas obtinent, Rex ſtimulandus eſt, illos ut expellat: Papa monendus, ut idem apud Regem urgeat, ſimul tamen Proteſtantes animandi, iiſque auxilia promittenda, quo bellum inteſtinum indè ſuſcitetur, Regnumque hoc tantò magis debilitetur.

tur. Quod ſi Rex hoc olfaciens, eò trahi nequeat, tum Catholici ipſi adverſus Regem ſunt concitandi, utpotè talem, qui hæreticis plus nimiò conniveat: viribus omnibus illis aſſiſtendum, Papa etiam, ſi fieri poteſt, implicandus; Quibuscunque autem mediis id fiat, utique hoc agatur, ut Regnum hoc ex ſeipſo ruinam ſentiat, utpotè quod hactenus ubique univerſali Hiſpanicæ Monarchiæ obſtaculo fuit.

Cum Anglia, ubi Proteſtantes primas obtinent, quibuscunque conditionibus paciſcendum; ne illa, maritimâ quippè potentiâ præpotens, in Indiis, unde potiſſimi theſauri proveniunt, negotium faceſſat, ac ut ſub fictâ iſtâ amicitiâ tantò facilius Catholici in Angliâ foveantur. Eo fine collegia peculiaria in Flandriâ & Hiſpaniâ erigenda, ubi Anglica juventus in religione Catholica diligenter informetur, eademque ſpeciali ad hoc munificentiâ alliciatur, & gratis operam ſtudiis dare illi tribuatur, hæc etiam Theologia inculcetur, Martyrii Coronam, ac Paradiſum ipſam promereri, dummodò Hiſpanicæ po-

tentiæ,

tentiæ, etiam cum damno & detrimento ſui Regis & Patriæ, ſerviat.

In Germaniâ, ubi Imperator Romanus quidem Catholicus eſt, Proteſtantes tamen in partem potentiæ veniunt, Imperium penes domum Auſtriacam, quæ eadem cum Hiſpanicâ eſt, conſervandum, quippe, quæ ſola adverſus Proteſtantes propugnaculum, iisque ſupprimendis par eſt, idque ſub religionis velo, & quaſi hiſce mediis Chriſtiani contra Turcas defendantur.

In Helvetiâ, ubi religio utraque pari potentiâ & autoritate nititur, altera pars contra alteram cienda, ac Catholicis quidem ſpes inſtillanda eſt, Proteſtantes ipſis in prædam datum iri, iique ita conſtringendi, ut quovis temporē fœderi mutuo repudium mittant.

In Belgio confœderato, ubi Catholici potentiâ ſunt exuti, populusque nec dum, diuturnis quamvis & cruentis bellis, ſub jugum Hiſpanicum mitti potuit, longævis armorum induciis, ſchiſma quoddam ſpargendum, quod animos eorum diſparet.

Quæ omnia, quò affectui dentur, ſecundò,

cundo, hoc agendum, ut in omnibus reliquis ſtatibus clandeſtini ſint inquiſitores, quod quidem per legatos, quibus alias honor undique haberi ſolet, commodè peragi poteſt; nec minus per Monachos & Concionatores, qui in ſuggeſtis ſuis non exiguâ autoritate cluent, ſimul etiam per ſingulares quasdam perſonas privatas; auro itidem Hiſpanico, quibus fidiſſimi fautores parantur, nullo modo parcendum, Miniſtri Principum imprimis in partes adſciſcendi ſunt, ut, cum quid adverſus Hiſpanos ſub manu volvi ſentiunt, dextrè id revolvant, aut etiam eos, qui Principi ſuo fidelem operam navant, & integritati ſtudent, odioſos reddant, ac quibuscunque modis iis exitium creent.

Tertia regula in negotiationibus & tractatibus conſiſtit, qui perſonas, quibus taciturnitas & patientia in corpore conſedit, requirunt. Pacis deſiderium ſemper præ ſe ferendum, ut alii hoc ipſo conſopiantur, belli tamen præparatoria clanculum inſtituenda, ut ex improviſo, hic vel ille quam celeriter peti poſſit. Si inter duos Principes condi-

tionis

tionis tenuioris diſſidium exſurgat, eorundem conciliandorum ſtudium offerendum, ſivè ſub perſona Judicis ſive arbitri, ac aliâ atque aliâ viâ id enitendũ, quo res litigioſa ſequeſtro detur. Controvertentium interim alter adverſus alterum, ſub larvâ conciliationis ſtimulandus, cum altero fœdus feriendum, ſpe factâ, alterum prædæ utrique futurum, tandem tamen uterque ditione ſuâ exuendus. Nulla occaſio è manibus dimittenda, vicinorum negotiis ſeſe immiſcendi, attamen ut omnes alii à propriis excludantur; Gallis præſertim Italicis negotiis ſeſe implicandi aditus omnis præcludendus, quippè qui ſoli machinationi Hiſpanorum in provinciâ iſtâ obicem ponere valent.

Quarta regula in perpetuo armorum exercitio conſiſtit, quo non tantum ſubditi in debitâ obedientiâ, ac vicini in perpetuo metu conſerventur, verum etiã hoſtium conatus hiſce modis præoccupentur, aut, ſi nimis ſint ſomnolenti, impetantur, omnique occaſione, etiam ex in opinato, debellentur.

Quinta regula in autoritate conſiſtit,

&, quamvis à prioribus quatuor dependeat, poteſt tamen, ſi res exactè trutinentur, pro quinta Maxima haberi, quâ Hiſpania non minus ac reliquis commodè utitur. Opinio enim de ejus intenſo religionis fervore circa defenſionem religionis Catholicæ, concepta, pallio pietatis omnes actiones ejus obvelat, & vulgi portentoſam venerationē gignit. Metus profundarum ejus explorationum multos Principes cautos reddit, ne facilè contra illos in arenam deſcendant. Præconcepta opinio hominum, illam ſæpius prudentiæ ſuæ documentum dediſſe, quod ex omnibus tractatibus compendium facere ſciat, inferiores invitat tantò faciliùs cum illa in fœdus deſcendendi, illiusque umbræ ſe ſubmittendi. Hæc armorum ejus conditio vires ſibi invidorum ſemper abſorbet, eoſque ſibi magis obſtringit, qui à protectione ejus dependent.

Hinc Hiſpanica autoritas reſultat, cujus intereſt pietate hâc benè uti. Primâ quidem fronte res parvi momenti eſſe videtur, ſolidum tamen effectum producit: Et quamvis omnes Principes gene-

generalem regiminis regulam habeant, autoritatem ſuã conſervandi, Hiſpaniæ tamen, quia plus reliquis ſtatibus intendit, potiſſimum hac in parte intereſt.

Magna hæc machina ex diverſis partibus conflata, ac ſemetipſum quaſi pondere ſuo impediens, occultis hiſce rotis agitatur, quæ tamen, quo magis reteguntur, eò magis vires ſuas deperdunt.

Diſcurſus II.

De Ratione Status GALLIÆ.

GAllia Alpibus & montibus Pyrenæis, binis itidem maribus incluſa, naturâ ſuâ ita eſt comparata, ut potentiæ huic vicinæ reſiſtere valeat. Eſt namque firmi aggeris inſtar torrenti oppoſitus, ſituationeque ſuâ ſolâ impedire poteſt, quò minus caput Monarchiæ, ſibi adverſæ, vires membris ſuis impertiat. Quia autem hoc ad Hiſpanicos progreſſus impediendos non ſufficit, indè ratio Status Galliæ in eo conſiſtit, ut iis maximis, quas Hiſpaniam obſervare dictum, è diametro contrarietur.

Henricus IV. contra quem omnes ſuas artificioſiſſimas & callidiſſimas artes Hiſpania ad extremitatem uſque exercuit, qui etiam eaſdem, utpotè earum gnarus, melius quàm quisque alius revelavit, primus demonſtravit, rationem Status Galliæ in eo ſitam eſſe, ut in omnibus punctis Hiſpaniæ adverſetur.

Quemadmodum enim prima regula Hiſpaniæ eſt, Proteſtantes perſequi, & prædâ illorum locupletari: ita prima Galliæ eſt, Catholicis apprimè oſtendere, quantum hîc virus lateat: imprimis curiæ Romanæ oculariter demonſtrare, ſpem ei propinatam, per ruinam Proteſtantium ærarium ejus augmentū percepturum, eò tendere, ut Hiſpania intentionem ſuam univerſalis Monarchiæ promoveat, quod aſſequi non poterit, quin Papa ſervus ejus fiat; cujus authoritas alioquin non magis ſe exſerit, niſi cum Chriſtianorum Principum & Statuum par eſt potentia: Proteſtantibus Principibus & Statibus; quamvis in Religione diſſentiat, malle tamen ſe eorum converſionem, quàm deſtructionem; aſſeverando illis, hoc non obſtare,

quo

quo minus ſuis viribus ipſis ſuccurrat, omnibusque illis reſiſtat, qui in Dominiis & libertatibus eorum quicquam immutare præſumunt.

Et ſicut altera maxima rationis Status Hiſpaniæ in ſtudio clandeſtinarum explorationum, intentioni ſuæ ſervientium, conſiſtit: ſic altera regula Galliæ eſt, eaſdem ſimiliter non negligere. Pecuniâ in Exploratores & Penſionarios non parcere, quò ſciatur, quid rerum in vicinia agatur, timidi confirmentur, impediti nimium non illaqueentur, oppreſſi liberentur, omnibusque viribus Hiſpanicæ explorationes retundantur.

Circa tertiam regulam, qui Tractatus concernit, non permittendum, ut Hiſpania ullis tractatibus ſe immiſceat, niſi ſimul Gallia interveniat: in Italiâ imprimis, ubi illa ſola Judicis & arbitri partibus defungi cupit: id quod etiam foret, niſi Gallia de porta illam intrandi ſibi proſpexiſſet, quam eosque reſeratam habeat neceſſe eſt, quoad potentiæ illius reſiſtere, ac propugnaculum quaſi tutum libertatis Chriſtianæ eſſe optat. In tractatibus quoque cum Hiſpa-

nia adhibendæ ſunt perſonæ, conſtitutionis phlegmaticæ, & quæ longè ab impatientia, cujus Galli aliàs accuſantur, abſint, ut Hiſpanis longanimitate ſuâ, quâ totum ferè orbẽ defatigarunt, ſpem ſcopum ſuum aſſequendi, adimant.

Quarta maxima vult vim vi opponi. Neque enim perſuaſio, neque armorũ juſtitia ei legem dare poteſt, qui armis eſt inſtructus: ita ut Gallia omnes alias expenſas amputare, armiſque ſemper validis inſtructa eſſe debeat, id quod ex ſe ipſa facere valet, nec ab aliis ſtatibus milites, arma aut pecuniam mutuare cogitur.

Hiſce prædictis regulis ſedulò obſervatis, Hiſpanica autoritas, quâ utiliter hactenus uſa eſt, decreſcet; Gallica è contra accreſcet, ac reliqui Chriſtiani Principes & Status, cum reſiſtentiam hanc ſenſerint, animum recolligent, & absque metu futuræ ſuccubitionis propriæ ſuæ conſervationis cauſam ultro excipient.

Diſcur-

Diſcurſus III.

De Ratione Status PRINCIPUM ITALIÆ.

EXiſtimatum fuit, Italiæ, utpote montium jugis & mari mediterraneo circumvallatæ; poſteaquàm à Barbaris gentibus tàm diu macerata fuit, nil aliud cordi futurum, quàm ut commodiſſimâ ſuâ ſituatione, quâ non minus, ac Ratione Status ſui, à reliquis Provinciis diſparatur, occluſa & ſecura eſſet. Et certè hoc ipſum anteà pro Maximâ, cujus ductum ſequeretur, habuit; imbecilliores enim in illa Principes pacificè omninò & tranquillè ſub umbrâ potentiorum degere poſſent, quippè qui dum viribus ſibi mutuo ſunt pares, nec minimum quidem adverſus impotentiores tentare valerent; & dum potentiores, dominationem iſtius Provinciæ inter ſe quaſi diviſerunt, cauſam habuerunt, vicinos ſuos ab omni ſuarum actionum cognitione excludere.

Poſteaquam autem Hiſpaniæ Rex pedem in Italiâ fixit, aut extrema duo loca ſubegit, bilancem verſus latus ſuũ

inclinare fecit. In genere autem vera omnium Italicorum Principum Status ratio ſemper in eo conſiſtit, ut ad minimum unam portam, ſe adverſus tàm formidabilem potentiam conſervandi, apertam ſervent.

Et quamvis hâc de causâ cum aliis Principibus optimè ipſis conveniendum ſit, cum Rege tamen Galliæ hoc principaliter ut faciant, tres potiſſimum ob cauſas præſtat. Primò propter vicinitatem, & terrâ marique ipſis ſubveniendi commoditatem. Secundò, propter ſummas vires, quas regnum hoc ſubitò cogere poteſt. Denique quò Hiſpanus hoc ipſo coërceatur, qui aliàs pro libitu cum ipſis diſponeret.

Altera regula Italiæ obſervanda eſt, ut ſe ipſam in pace conſervet; primò, quia bellum gerere nequeat, quin Reges Galliæ & Hiſpaniæ ſe immiſceant, vel uni partium favendo, vel arbitri partes ſumendo. Poſteà conſiderandum, bellum in provincia iſta geri non poſſe, quin periculum ſubſit, ne plurima turbida ingenia ſuſcitentur, quæ altè nunc obdormiverunt.

Ecce

Ecce duo puncta, in quibus Ratio Status Italiæ in genere conſiſtit: Et quamvis quilibet Princeps hæc reſpicere deberet, ſunt tamen & ſpeciales quædã cujusque Status Rationis. Respublica Veneta, partim propter ampliſſimum territorium, terrâ marique diffuſum, partim propter ſuam abhinc duodecim ſeculis conſtantem & firmatam libertatem, tum etiam propter prudentẽ ſuam adminiſtrationem, citra contradictionem poſt Hiſpaniam, Dominatum primum Italiæ conſtituit: Et ſicut prima fuit, quæ regulas conſervationis ſuæ tam ſedulo hucusque attendit, ſic & ſuam particularem Status rationem in univerſali totius Italiæ ſalute conſiſtere exiſtimavit.

Illa præterea ob particulares quosdam reſpectus etiam hanc neceſſariam maximam obſervat, ut Turcarum Imperatorem ſtrictè ſibi addictum habeat, quo nomine nullis ſumptibus parcit. Credit etiam ſuâ intereſſe, bella externa ciere, de ære ſuo illa fovere. Quod ſanè reliqui Italiæ Principes perindè uti Respublica Veneta facere deberent,

dummodo facultas & animus hoc conandi ipſis ſuppeterent.

Nihil illa temporis Regi Hiſpaniæ & Papæ terminos, ne nimis excreſcant, ponendi, negligit. Et quamvis regula hæc univerſalis eſſe omnibus Principibus debeat, ut vicinorum ſuorum incremento ſe opponant; Respubl. tamen hæc imprimis extraordinarium ſuum ardorem hac in parte binis hiſce Magnatibus teſtatum facit. Reliquis Principibus Italiæ pro exigentia commodi ſui blanditur.

Diſcurſus IV.

De Ratione Status SEDIS ROMANÆ.

SEdis Romanæ Ratio Status ſita eſt primò in eo, ut omnibus mediis Hiſpanicæ eminentiæ iminuendæ ſtudeat: Ditiones enim Eccleſiæ Hiſpanorum Regi adeò ſunt commodè ſitæ, ut ſi ſemel prætextum ſpecioſum defenſionis ſanctæ ſedis ſeponat, facilè Dominium hoc inſigne ſibi ſubjugaverit, adeoque duas illas extremitates, quæ anteà jam poteſtati ejus ſubjectæ ſunt, junxerit.

Venetorum ac Magni Ducis potentia ſedem Romanam, quæ aliàs mari mediterraneo, ab utroque latere, nullo obſtante, dominaretur, labefactat. Undè hoc agendum, ut bini hi Principes ad minimum in eo ſtatu perſtent, in quo nunc conſpiciuntur.

Hæc autem omnia, non niſi univerſales ſunt regulæ, præter quas, tres adhuc ſunt ſpeciales ſedi Romanæ obſervandæ: Prior eſt, autoritatem ſuam ubique ſartam ſervare, mediante opera Eccleſiaſticorum, quos, uti ſuæ eminentiæ nervos, adverſus ſecularium injurias maximo cum fervore tutari debet.

Altera regula eſt, fulmine excommunicationis Principes & Status terrere; modo ne nimiâ fulminandi frequẽtiâ vilipendium pariat.

Tertia regula eſt; Papas ipſos coërcere, ne in detrimentum Eccleſiæ familias ſuas nimium exaltent, aliàs affectibus propriis abrepti quicquam in præjudicium Status Eccleſiaſtici tentent. De reliquorum Italiæ Principum ratione Status quicquam referre ſupervacaneum eſt, illi enim aut tam ſunt im-

potentes, ut nil omninò proprio nutu tentare poſſint; aut nullam aliam ſtatus rationem, prætendere queunt, niſi ejus, à quo dependent.

Reſtat tantummodo colophonis loco, ut quid de Sabaudiæ Ducatu dicatur. Hujus Ducis ditio tali ſitu eſt conſpicua, ut, in quamcunque partem inclinet, magnam parti illi, cui ſe jungit, adjumentum gignat. Carolus Emanuel, qui primus oſtendere voluit, penes Ducem Sabaudiæ pacis & belli in Italiâ arbitrium eſſe poſſe, rationem Status ſui in eo fundari credidit, ſi modò à Galli, modò ab Hiſpani partibus, pro exigentia ſuorum negotiorum, ſtaret, eamque unicam actionum ſuarum metam habuit, non morando tractatus cum uno vel altero habitos. Princeps verò hic altiſſima quæque animo volvens, & ambitionem ſuam cancellis à naturâ ſtatui ſuo poſitis, continere non valens, inquietum ſuum ingeniũ ſituatione Ditionis ſuæ ſpecioſè excuſare poterat. Reipsâ autem vera Status Ducis Sabaudiæ ratio in continuo cum Gallia amicitiæ cultu conſiſtit, quippè quæ ſola, totis viribus

ribus eidem adverſus Hiſpanicam potentiam ſuccurrere poteſt, quæ aliàs ditioni ejuſdem in Italia plus, quàm alii omnes inhiat, magnoque conatu conjunctionem Pedemonti & Ducatus Mediolanenſis quærit. Indè omninò credendum eſt, quamcunque cum Hiſpania amicitiam ipſi eſſe periculoſiſſimam: nihilominus tamen & illam conſervandam, ſaltem ut adverſus Galliam illâ ſe muniat.

Diſcurſus V.

De Ratione Status GERMANIÆ.

VAſtum hocce corpus multarum diverſarum Provinciarum, tria finitima maria, maximaque navigabilia flumina ambitu ſuo comprehendens, anteà imperio Romano, quod tandem etiam ad ſe tranſtulit, terrori fuit. Et prout illa olim libertatem ſolam pro ratione Status habuit: ita poſtmodum quoque ſolo eandem conſervandi ſtudio invigilavit. Et certè quamvis titulus Imperii illi ſplendorem & autoritatem conciliaverit, eidem tamen non minus

invidiam & diffidentiam grandem peperit. Illa principio ſtatim ab Imperatoribus ſibi metuit, eorumq; potentiam cancellis circumſcribere ſtuduit, ne forte ex Capite Domini provinciæ iſtius fierent. Dominandi quippè libido bolus adeò lautus eſt, quo nec modeſtiſſimi quique abſtinere poſſunt. Nihilominus autem, per aliquot continuas ſucceſſiones, Imperio, Domni Auſtriacæ confirmato, Hiſpania, uti potiſſimum ejus membrum, principiis hiſce inhærendo, eò rem deduxit, ut hodiè Domui Auſtriacæ hæreditariò quaſi competat. Maxima Germaniæ erat, progreſſum hujus uſurpationis impedire; Hodiè Ratio Status ejus requirit, ut omnia in priſtinum ſtatum redigantur, & dignitas illa alternatim quaſi præcipuis Principibus conferatur, & ut Imperatorum potentia tantò magis freno coërceatur, univerſalia Regni Comitia pro conſiliis Imperatorum habeantur; in quibus conjunctim deliberandum, qualiter libertas ſtabilienda, Turcæque, cujus potentiam ſolam Germania meritò pertimeſcit, ſit reſiſtendum.

Reli-

Religionis diverſitas in cauſis bonũ publicum concernentibus diſtractionẽ animorum cauſare non debet. Ratio Status omnium Principum in genere, & cujuslibet in ſpecie eſt, ut mutuò ſe defendant, ac conjunctìm impediant, ne quid Imperator ſub quocunque prætextu adverſus eorum libertatem moliatur. Attenti etiam ſint, ne potentior impotentiorem ſupprimat, cui alioquin Imperator ſubveniret, eò fine, ut ex ruinâ alterius compendium faceret.

Principes Catholici de cætero omninò certi ſint, ſe ſub mantello religionis conatus Domus Auſtriacæ promovere, vinculaque ſuæ ſervitutis paulatim cudere, nec aliud quidipſis expectandum reſtare, quàm ut ultimò & ipſi ſcenæ inſerviant.

Proteſtantes, quia ſoli tantæ potentiæ reſiſtendæ impares ſunt, pro maximâ teneant non tantùm invicem ut concorditer jungantur, verum etiam cum exteris ita correſpondeant, quo Catholicæ Ligæ ſacomatis inſtar eſſe queant. In hoc toti ſint, ut arctiſſimè inter ſe juncti permaneant, ac firmiter cre-

credant, diſcordiam eorum certiſſimè ruinam comitari.

Omnia ſpecioſa commoda, uni vel alteri, ut ab invicem ſeparentur, propoſita, materiam illis præbeant, firmiſſimis vinculis concordiæ ſe muniendi.

Hæc vera Principum Germanorum & civitatum Imperialium Status ratio eſt, unde ſe abduci ne patiantur: Nam ſine hac primi occupantis præda fient, granariaque & armamentaria eorũ iis, qui aperto Marte ſuperiores ſunt, obtingent.

Sunt quidem quatuor adhuc regna ſuo modo Germaniæ juncta, quæ fortunam hujus Provinciæ ſequi obligantur.

Polonia & Hungaria obdiverſam Status rationem, DomuiAuſtriacæ ſunt addictæ.

Dania & Svecia illi adhærent, qui libertatẽGermaniȩ ſervaverit, metuentes, ne illâ ſuppreſsâ propria periclitetur.

Germaniæ non parum intereſt, uni vel alteri horum regnorum ſtricto fœdere necti: à poſteriori autem citra ingratitudinis æternæ notam ſejungere ſe nequit, cum ab hoc receperit, quæ ne

ſpe

ſpe quidem apprehendi potuerunt, cum detruſa quaſi in ſervitutis duræ abyſſum, ac penitus deſolata, per regni hujus Regem, qui tamen per denſas tantum nubes Orbi quaſi eſt monſtratus, libertatis priſtinæ ſplendore irradiata fuit.

Diſcurſus VI.

De Ratione Status HELVETIORUM & Provinciarum INFERIORIS GERMANIÆ ſive BELGI.

IN utroque latere introitus in vaſtam Germaniæ provinciam binæ ſe oſtendunt Reſpublicæ, inter Status Chriſtiani orbis ſanè formidabiles, tam propter incolarum fortitudinem, quam ſituationem earum: ita ut commodè duo Germaniæ brachia vocari queant.

Dextrum eſt Helvetia, ſiniſtrum, unitum Belgium: Illa ſcopulis & præcipitiis montium ſepta; hoc maribus & paludibus: Illa montibus dominatur: hoc Oceano. Natura incolarum utriusque hujus provinciæ, naturæ regionis adeò correſpondet, ut Helvetii montium

tium, & montes Helvetiorum; mare Hollandorum & Hollandi maris gratia producti eſſe videantur: In Helvetia quilibet Cantonum vicus, in Belgio quælibet Provincia Rempublicam conſtituit. Helvetii aliis corporum ſuorum libertatem vendunt, Patriæ contra ſibi ſolis retinent. Hollandi autem libertatem ſuam integram conſervant. Illi diuturnâ pace locupletati ſunt: hi continuâ belligeratione florent. Ratio Status Helvetiorum pax eſt: Hollandi contra hanc teneant regulã, armis ſemper ut ſint induti. Binæ hæ Respublicæ ut ſubſiſtant, nemini niſi Galliæ utilius jungere ſe poſſunt; quæ ut Hiſpanis remoram objiciat, penſionibus ſuis Helvetios ditat, Hollandosque conſilio ſalubri & armis fulcit. Bini hi Status nunquàm ſe vel livore vel religione disjungi patiantur: hi enim ſoli ſunt morbi mortem eorum accelerantes.

Diſcurſus VII.
De Ratione Status ANGLIÆ.

ANgliæ, quæ diſtinctum quaſi par-

vum orbem conſtituit, cum aliis Principibus nil negotii foret, niſi ad hoc propter commercia, uti veram Status rationem, obligaretur. His enim mediis opibus beata eſt, & ob ſituationis ſuæ commoditatem non parum in conſiderationem venit. Poſteaquam autem ſub umbrâ apprimè illius inter Philippum & Mariam conſiderabilis matrimonii, Hiſpanicæ machinationes inſenſibiliter ſe prodiderunt, Anglia paulatim modo Gallico, modo Hiſpanico Statui ſe accommodavit.

Regina Eliſabetha, quæ ob prudentiſſimam ſuam adminiſtrationem etiam potentiſſimis Chriſtiani Orbis Regibus æquiparari poteſt, quoniam Status regni ſatis gnara fuit, veram Status ſui rationē in eo conſiſtere arbitrata eſt. Primò, ut concordiam in regno ſuo aleret, & priorum factionum reliquias totaliter extingueret, judicans, prout res eſt, Angliam animal eſſe tam vaſtum, quod non niſi propriis manibus mori queat.

Pro fundamentali regula habebat, Catholicam religionem exterminare, quo unico medio Hiſpanorum machinationes

nes impediri queunt, qui ſub hujus prætextu omnes rebelliones fovere conſueverunt. Et quamvis ipſamet faſſa fuerit, ſe Philippo, cujus videlicet perſonam magni æſtimabat, ſtrictiſſimè obligatam eſſe: nihilominus Status ſui rationem tantoperè cordi impreſſam habuit, ut nunquàm cum eo paciſci conſultum judicavit: idque triplici de cauſâ. Primò, ut ſummam illam potentiam in Indiis, ſibi maximè ſuſpectam, coërceret: ſecundò ut regnum ſuum prædis opimis locupletaret: tertiò, ut ſubditos hac ratione ſibi devinciret, ac in perpetuo bellorum maritimorum exercitio, in quo conſervatio regni ejus radicatur, conſervaret.

Exiſtimavit etiam rationem Status ſui in ſubveniendo Galliæ regno conſiſtere, ne ruina ejus incremento eſſet illis, à quibus ſibi imprimis cavendũ erat.

Hoc fundamine fulta, Belgii confœderati, quod adverſus Hiſpanos defendi Angliæ potiſſimum intereſt, creſcentem libertatem promovit, tum quòd hoc ipſo potentem vicinum aliquantùm debilitaret, tum &, quod protectio

hæc

hæc gradus eſſet ad altiora perveniendi.

CumProteſtantibus Galliæ, ob ſingulares quasdam rationes ſtrictiſſimam amicitiam coluit.

Idem Proteſtantibus Germaniæ, alio quamvis reſpectu, uſu venit.

Omnibus hiſce regulis prudentiſſima hæc Regina ſucceſſoribus ſuis teſtatum fecit, Angliæ regnum, præter communemPrincipum aliorumStatus rationem, peculiarem aliquam habere, in propagationeReligionis Proteſtantium ſitam, & quidem pari zelo, quo RexHiſpaniæ ſe protectorem religionis Catholicæ oſtendit.

Hinc Anglia ubivis locorum, ubi res poſtulat, quid agatur, per Emiſſarios ſcrutabitur, omnibus tractatibus, cum ProteſtantiumPrincipibus habendis, interſit, armaque ſemper in promptu habeat, aliis ſe hoc modo formidabilem ut reddat.

Ecce veram regni Angliæ Status rationem, quæ diligenter obſervata tertiam eminentem potentiam in Orbe Chriſtiano conſtituet.

PARS SECUNDA

De Ratione Status PRINCIPUM ET STATUUM ORBIS CHRISTIANI.

ADumbratâ in priori parte præcipuorum Orbis Chriſtiani Principum & Statuum verâ Status ratione, ſequitur, ut præcipua quædam exempla, quæ hiſce quinquaginta annis in orbe Chriſtiano ſe exſeruerunt, enumerentur, undè conſtabit, ſucceſſus rerum ſiniſtros non niſi ex ſeceſſu à verâ Status ratione ortum ſuum traxiſſe; ut hinc diſcatur, ne in materiâ Status nocivâ ambitione, quæ aliquantò vires noſtras excedit, nos ſeduci patiamur, nec concitatis affectibus, quæ dum in pectore noſtro obfirmantur, mirificè nos ſeducunt, indulgeamus, multò

minus

minus ſuperſtitionibus abripiamur, quibus plurimos ſcrupulos menti injicere tralatitium eſt; verum propria noſtra ſalus prudenti ratione comitata, norma ſit noſtrarum actionum, ut hiſce exemplis aliorum vitia, quaſi in ſpeculo cernamus, & indè cautiùs mercari addiſcamus.

Diſcurſus I.

DE ACTIONIBUS LIGÆ CATHOLICÆ.

SUb Franciſco II. & Carolo IX. Galliarum Regibus, Gallia bellis inteſtinis admodum vexata fuit; ætate immaturâ utriuſque Regis cauſam eis ſubminiſtrante. Quivis regni negotia pertractare nitebatur. Lis gliſcebat inter Reginam Catharinam, genetricem eorum, & ſanguinis Principes; quorum primarii erant è familiis Ducum Guiſiorum & Montmorantiorum, qui Henrici II. tempore regimini pacificè præfuerant. Franciſcus Lotharingus Guiſiæ Dux à partibus Reginæ Catharinæ ſtabat: Annas Dux Montmorencius Galliæ Coneſtablius Principibus

cipibus ſanguinis ſe addicebat. Acceſſit utrinque religionis diſcrepantia. Bella hæc religioſa, diuturna erant & cruenta, & ad mortem uſque Caroli IX. perdurarunt, qui Henricum III. fratrem ſucceſſorem habuit. Hic per ætatem rebus gerendis idoneus erat, pluribusque inſignibus virtutibus eminebat, ita ut quivis felix regimen auguraretur. Poſtquàm ad regnum evectus eſt, ſpem quidem pacificæ vitæ Henricus fecit: plus tamen otio ac voluptatibus: quàm ſtudio benè gubernandi indulſit. Henricus, Dux Guiſius, filius Franciſci, Princeps ſummarum virtutum, & altiſſima ſpirans, poſtquam Regem & fratrem prolis expertes vidit, & ſanguinis Principes Proteſtantium religioni addictos eſſe, regnum affectavit; quod ut aſſequeretur, Catholicorum defenſorem, & Proteſtantium perſecutorem ſe geſſit, quibus etiam diverſa bella movit. Henricus Borbonius, Navarræ Rex, primus ſanguinis Princeps, Proteſtantiumque caput, ac heroicis virtutibus ornatiſſimus, diverſa bella Proteſtantium bono feliciter ſuſtinuit. Ecce tres Henricos

trium

trium diverſarum in Galliâ factionum capita, quorum quilibet ſpecialem ſui Status Rationem habuit; Rex, ut legitimam ſuam authoritatem conſervaret; Guiſius, ut thronum ejus conſcenderet; & Rex Navarræ, ut ruinam Regis, utpotè cum propriâ ſuâ conjunctiſſimam, averteret, cujus authoritatem conſervare ſuarum partium eſſe duxit. Prior ingenii imbecillitate in tantum ſe ſeduci paſſus eſt, ut bellum Navarræ intulerit. Alter ſe ipſum Catholicorũ caput conſtituit. Tertius protectoris Proteſtantium partes ſibi ſumſit. Ita ut is, qui aliis imperare debebat, ſe ipſum beatum judicarit, dum in Guiſii eſſet gratia, qui eò rem deduxit, ut eo ipſo anno 1588, quo periit, in Parlamento Regni Rex ad Regnum, Principesque ſanguinis ad ſucceſſionem inhabiles publicè declarari debuerint.

Philippus, qui rebus ſuis ſemper attentiſſimè invigilabat, frigidam ſuffundebat, Guiſiis Romæ favorabiliter applaudebat, pecuniam in Gallia ſubminiſtrabat, nilque illi deeſſe patiebatur, imò etiam eo defuncto aſſiſtentiam

G ſuam

ſuam erga Carolum Mayniæ Ducem, fratrem ejus, continuat.

Rex à præcipuis ſuis civitatibus, potiſſimoque Nobilium regni ſui numero ſe derelictum videns, præſidium apud Navarræum quærit; qui eum Turnonii obſeſſum, manibus hoſtium eripuit, triumphantisque inſtar ad Metropolim ſuam Pariſienſem deduxit, ubi cultelli ictu vitam, Navarræq; Regni Regnum reliquit, anno 1589.

Princeps hic, poſtquam ad tantam ſublimitatem ſe exaltatum vidit, compulſus eſt, mutatâ ſuâ conditione, etiam Status ſui rationem immutare: deſerendo eam, quam anteà tenebat, donec ſcil. illam Galliæ apprehenderet. Moleſtias plurimas perpeſſus eſt, quibus eum Philippus exercuit, partim ſuis apud Papam molitionibus, partim auxiliis Ligiſtarum in Galliâ factioni præſtitis, idque omne ſub ſpe ſummi erga Catholicam religionem fervoris. Quãdiu Proteſtantem Henricus egit, Philippus eum ad regnandum inhabilem eſſe prætendit, eo quod is excommunicatus, ſubditique juramento Fidelitatis

ſoluti

ſoluti eſſent, & regnum ejus prædæ exponit, ut hac ratione anſam habeat, id tum facilè obtinendi, ac Ferdinandus Navarræ regnũ anteceſſori ſuo eripuerat. Cum Henricus ſpem faceret, ſe ad Catholicam religionem declinaturum, ille hypocritã eum eſſe publicat, ac immutatã religione, nunquàm legitimè regnare poſſe. Hoſtibus hinc ejus pecuniã armisque ſubvenit, ut utriusque vires attenuet, non tamen ita alterùm ſupprimendo, ut eidem ſuo præſidio amplius non ſit opus. Deſerendo eos, quos conſervari optabat, ut ſe eì dedere cogerentur.

Henricus è contra Eliſabethæ, Belgio confœderato, Proteſtantibus Germaniæ & Helvetiis ad animum revocavit, quantùm illorũ in hac causâ intereſſet, auxilia copiosè accerſit, etiam occulta, à magno Toſcaniæ Duce, Principe ſagaciſſimo, qui optimè intellexit, Galliâ à Rege Hiſpaniæ debellatâ, omnes alios Principes in ſervitutẽ prolapſuros. Respublica Veneta autem ſola Catholicorum Statuum fuit, quæ circa ullã conſiderationem Henricum, poſt mortem

anteceſſoris ejus, Galliæ Regem agnovit: ita ut Venetorum ope & ſuâ virtute principiò hoſtib⁹ reſtiterit; Poſteaquam autem aliquoties triumphavit, armorumque felici ſucceſſu inclaruit, pro maximo Principe habitus eſt. Ab eo tempore plebs, miſeriis perpeſſis, plus nimio ſatiata, oculos repandere cœpit, Concionatoribusque ſuis tantam fidem adhibere deſiit: Nobilitas ad victricem partem inclinandum duxit: UrbiumGubernatores armis victricibus ſe junxerunt, ac præcipui eorum dignitates non infimas ſibi reſervarunt. Omnes hæ revolutiones Ligiſtis anſam dedere Regni Status convocandi. Philippus occaſionem hinc arripuit, Statibus perſuadendi, unicum medium, omnia in antiquum ſtatum revocandi, eſſe, alterius Regis electionem; filiamq; ſuam ei, quem electuri eſſent, in matrimonium ſpondet. Hoc ſanè ipſiſſimumEridis pomum erat. DuxMainius, uti caput palmarium, illam ſibi petere non poterat, quia hactenus jam matrimonio ſe junxerat, nec tamen permittere alteri ut obveniret, ne ex Domino
ſervus

ſervus fieret. Dux Guiſius, nepos ejus, lautiſſimo hocce bolo alliciebatur. Dux Nemurenſis, avunculus ejuſdem, non minus ac ille conjugium hoc appetebat. Dux Mercurenſis Ducatum Britanniæ ob conſortem ſuam ſibi deberi prætendebat. Filius Ducis Lotharingiæ natu major, utpote familiæ caput, ad eandem quoque claſſem eſt relatus; ita ut Philippus exiſtimaverit, ſe diſcordiâ hac eò rem deducturum, ut ſe Regem conſtituant. Interea rerum Henricus Catholicam religionem induit. Mutatio hæc urbes quasdam, earumque Gubernatores partibus Henrici ſe applicare fecit, & reliqui in curiâ Romanâ tractare orſi ſunt. Philippus non minus, quàm Ligiſtarum Coriphæi, nil intermittebat, ut Henricum, bonum Catholicum non eſſe perſuaderet, diuque reſtitit, quò minus ejuſdem legatus Romæ ſuſceptus fuerit.

Tandem cum Clemens VIII. (tum temporis Papa) videret, Henricum etiã ſe invito, regnaturum, ut gratiam, ex re, quam impedire non poterat, referret, Henricum Regẽ agnoſcere conſtituit;

Maxima enim hæc etiam Romæ obſervari conſuevit, ad eventum cujusque rei ſe conformare, ne reſpectus & reverentia, quam ubivis locorum conſervare ſtudet, & ſine quâ authoritas ſua vileſceret, negligatur.

Philippus ſpe ſuâ quamvis fruſtratus, nihilominus non deſtitit reſiduis Ligiſtis auxilia ſua ſuppeditare; DucemSabaudiæ Emanuelem generum ſuum inſtigat, ut in Provinciam impetum faciat, atque ita hoc ipſo Henricum à prætenſione ſuâ ad Ducatum Mediolanenſem, ob dotem conſortis ſuæ Regiæ, avertat. Henricus pertinaciã hanc cernens, larvam detrahit, & apertum Philippo bellum denunciat. Succeſſus belli hujus varius erat, attamen ubi Henricus Ambiacum occupavit, Philippus, quia ſe morti vicinum, filiumque non uſque adeò provectæ, & Henricum in vigore ætatis eſſe ſenſit, ad pacem inclinavit, quæ etiam Vervini anno 1597. concluſa fuit, ex qua omnia, quæ in Galliâ poſſidebat, reſtituit ac paulò poſt obiit.

Nunc ratio Status conſideranda venit eorum Principum, qui negotio huic ſe im-

implicarunt, quos errores commiſerint, & quis eorum fuerit eventus.

Henricus III. Rex, cujus intererat, diverſas in regno ſuo factiones tolli; Principes verò ſanguinis, quia improlis erat, conſervari, eosque qui in præjudicium authoritatis ſuæ criſtas erigebant, compeſci, contrarium planè egit. Memoratas enim factiones non tantum non compeſcuit, ſed ſtudiosè fovit, imò uni partium ipſemet ſe junxit, ut alteram extirparet; Principibus ſanguinis aſſiduè bellum intentavit, inſtinctu eorum, qui interitum illorum optabant, ut in locum ſuccedere poſſent, regnoque ſuo inſidias ſtruentibus armis ſuis authoritatem conciliavit: immò & pejora patravit; Nam cum id olfaceret, malo huic ut medicinam faceret, tale medium ad manus ſumſit, quod poſtmodum ultimam ruinam ejus acceleravit, dum affectatæ & inſolitæ devotioni ſtuderet, diurno ac nocturno tempore in Monaſteriis ferè deliteſceret, ac ita Ducem Guiſium authoritate apud Catholicos, ipſum pro capite habentes, privare intendit. Con-

trarium autem planè evenit; contemptui enim plebis ſe hoc ipſo expoſuit, quæ ex metropoli ſuâ Pariſienſi eũ ejecit, reliquas majores regni ejus civitates adverſus illum concitavit, ac in tam miſerum ſtatum immerſit, ut tandem Monachus eum interimere auſus fuerit, qui ſanè fructus erat negligentiæ ejus, tanquam rei ab ipſo malè geſtæ.

Henricus Dux Guiſius Patri & Patruo ſuo ſuccedens, qui utrinque in ampliſſima dignitate conſtituti erant, ac anteà authoritate ſummâ, exercitui & regimini præfuerant, virtute & animoſitate illis impar eſſe nolens, tantum opus aggreditur, ut ſimile vix de cujuſquam Regis nativo ſubdito auribus ſit perceptum, ſe videlicet in thronum Regis ſui collocare præſumens. Occaſio favorabilis eſſe videbatur; impoſſibile quippè aliàs erat, tantam mutationem durante unius hominis vitâ, introducere. Regem inveniebat prolis expertẽ, ac ita diſpoſitum, ut regnante eo, ejuſmodi novationes tentari ſatis poſſent: Regnum offendit factionibus lancinatum, ac periculoſiſſimis inteſtinis bellis,

ex religionis diſcrepantiâ ortis, hactenus jam inquietatum. Primos ſanguinis Principes partem impotentiorem eſſe cernit; Hiſpaniæ Regem ad ferendam opem omnibus illis, qui Galliam commovere cupiunt, promptum; Papasque omni modo Proteſtantium exſtirpationi intentos. His ita diſpoſitis, ſpe plenus, nihil intermiſit, quod intentioni ſuæ perficiendæ inſervire poſſet. Forma erat inſignis, ſtatutâ conſpicuus, civilis, liberalis, ſtrenuus. Omnes naturæ ſuæ dotes, ut Magnatibus, Nobilibus & plebi ſe inſinuaret, impendit. Fervorem erga religionem Catholicam oſtendit, non monaſteria viſitando, aut proceſſionibus per plateas publicas cohabitando, ſed Proteſtantes perſequendo, ac ſe ipſorum hoſtem infenſiſſimum manifeſtando. Sub religionis ſimulato prætextu Romæ & in Hiſpaniâ habebat, quibuſcum colluderet. Opera Concionatorum utitur, venerationem ei apud plebem conciliantium, ac è contra Regem hæreticorum fautorem, hypocritam, vitiis inquinatum, ſegnitiæque deditum proclamantium. Poſtquam verò

hiſce mediis intentionem ſuam ad ſummum uſque gradum perduxiſſet, in ipsâ executione rationis ſui Status & perſonæ turpiter eſt oblitus; dum pulſo prius à ſe ex Metropoli Rege, militem adverſus ipſum conſcripſit, manifeſtationes publicavit, cum eodem non ſecus atque cum æquali pepigit, ac cum ita illum vel maximè offendiſſet, nihilominus perſonam ei & vitam ſuam concredidit, & quidem illo ipſo tempore, quo illum regno movere moliebatur; actio verò ejus non erat ex earum numero, ubi bis errare licuiſſet.

Henricus IV. duplicem perſonā agebat. Quamdiu enim Navarræ tantū Rex, primus ſanguinis Princeps, & Proteſtātium Galliæ protector fuit, ratio Status ejus requirebat, omnem operam & authoritatem intra & extra regnum à ſe impendi, ut Proteſtantes, adeoque ſe cum illis conſervaret, unde nec ſibi pepercit, quo minus Ducem Guiſium in occupatione regni impediret, cum ſuâ, uti præſumti regni hæredis, maximè intereſſet, & ut Henrico III. ſe oſtenderet, non tantum ut Proteſtantium caput, ſed

etiam

etiam Principum ſanguinis primum, cujus perſonam & Statum conſervari tantum Regis intereſſet, quantũ illius ipſius; quò Rex, neceſſitatibus compulſus, citra ſuſpicionẽ, ad eundem confugere poſſet, quod quidem in tantum ſucceſſit, ut defuncto Guiſio Duce, Regnoque rebellante, nullum is, cui plus confideret, quam Navarræo habuerit.

Cum Galliæ Rex fieret, artes ſummas adhibere neceſſe habuit, Catholicorum & Proteſtantium, bello civili diurno & cruento exacerbatorum gratiam pari pondere aucupari: Hi Regem ſuæ fidei addictum eſſe gloriabantur; illi reſpuebant eum, innuentes, ſe ipſum repudiaturos, niſi ad ipſorum fidem digrederetur. Ejus fuit priſtinos amicos retinere, novos verò non repellere. Illis, velle ſe inſtrui, promittit, cum Proteſtantibus tamen religionis exercitiũ continuat: intereà horum & illorũ opera in coërcendis hoſtibus ſuis utitur. Quilibet ferè diuturni belli hujus pertæſus erat: Ligiſtarum plurimi Hiſpanicum quidem Regẽ nolebant à Proteſtante tamẽ nihilominus abhorrebant: Catholici Henrico

adhęrentes impotentiùs ferebant, quod religionem ſuam uſque continuaret, ſemperque ut ipſorum amplecteretur, inſtabant; eoque rem deducunt, ut in tertiam quaſi factionem adverſus eum coëant. Hæ conſiderationes illum tandem à religione priſtinâ reſilire faciunt; & hoc medio Catholicos anteà à parte ſuâ ſtantes, devotos ſibi ſervavit; amicoſque ex Ligiſtis novos comparavit, Proteſtantium favore non deperdito, quia optimè novit, ſe ab inimicis ſuis receptum non iri, niſi deſtructo religionis prætextu, qui ſolus eos obfirmabat. Hac ratione Princeps hic tempori obſecundans, ac propriam ſui Status rationem omnibus aliis conſiderationibus præferens, rebus ſuis tanto ſucceſſu præfuit, ut omnia optatum ſint ſortita exitum.

Philippus, qui Orbis Chriſtiani Monarchiam meditabatur, benè intelligens, potentiam Gallicam ſibi obſtaculo futuram, occaſionem Galliæ ruinam accelerandi oblatum arripuit, regimenque Henrici III. ſiniſtrum non minus, atque ambitionem Guiſii Ducis

in uſum ſuum convertit; illi, ut Proteſtantes, quibuscunque modis regno ejiciat, author eſt, exemplum proprium allegando, & ſuppetias offerendo, quo fine fervorem ſuum Romæ jactitat, Papamque, ut vires ſecum jungat, monet: Hunc occultis artibus, ut intentionem ſuam fortiter exequatur, impellit, pecuniaque & conſilio eidem ſubvenit: Et hiſce artibus hoc agit, ut jam omnibus in Galliâ, præcipuum illum Catholicæ religionis eſſe columen, perſuaſum ſit; Regem à Proteſtantibus Europæ disjungit, & Guiſio Duci authoritatem apud Galliæ Catholicos conciliat, animos plebis erga Principes Sanguinis exulcerat, proximos cognatos à Regimine arcendo, ſaltem ut peregrinos introducat. Nihil planè à ſuâ hac intimis præcordiis radicatâ intentione illum revocare poteſt, quæ omnia tamen prætextu pietatis, ac ſummi erga Catholicam religionem ſtudii perpetuò obvelat: Pedetentim quaſi huc fertur, nec ſucceſſuum tarditas ad impatientiam, nec ullum emergens, ad præcipitationē illum abripit. Mortuo Duce Guiſio,

cum manum retrahere debuiſſet, firmiter in propoſito obdurat. Fratri ejus tantò majores ſuppetias fert, & omnibus aliis, quibus iisdem opus eſſe judicat: Credens, ſe ſcopum ſuum commodius nunc, quàm vivo Duce, aſſecuturum, reliquosque hujus factionis aſſeclas, ope ſuâ plus, quàm antè indigentes, tantò melius nutui ſuo pariturος. Quo ipſo tantos ludos fecit, ut Galliæ regnum non niſi miraculosè manibus ejus extortum fuerit. Et, ſi ſatis habuiſſet regnum conturbare, non verò illud proprietarium ſibi ſubjugare fuiſſet conatus, metam attigiſſet. Hìc ergò Regis Philippi unicus eſt error, quo contra commoda ſua laboravit. Quod ſi enim affectionem, quâ populus hic erga Regem ſuum ducitur, nauſeam, quam ex dominatione Hiſpanicâ contraxit, innatamque non minus eius levitatem, quàm clementiam Henrici IV. accuratè examinaſſet, utique ſibi non ſumſiſſet impoſſibilia peragendi conamina, quin potius ei ſuffeciſſet, Regnum inter diverſas perſonas diſpartiri: Potuiſſet namque hac ratione controverſiis, quæ inter

inter unius regni diverſos uſurpatores coaleſcere ſolent, ſecundantibus, facili negotio illud fruſtratim ad ſe trahere, quod uno bolo deglutire affectabat: Saltem expediviſſet ei regnum hoc diſtrahere, quod unitum, undique vires ſuas obvertit eò, undè Hiſpania incrementa quærit.

Diſcurſus II.

DE BELLO SABAUDICO.

PAcificatio Verviniana orbi Chriſtiano ſolidam pacem ſpondebat, binaque hæcce potiſſima regna, Galliæ & Hiſpaniæ, bellis mutuis delaſſata, ſibi de annorum feriis & quiete gratulari videbantur. Quemadmodum autem communiter in omnibus tractatibus, Principum ac Statuum ſuperiorem non recognoſcentium, prætenſiones, de quibus conveniri nequit, ſeponuntur, ac indeciſæ ſuſpenduntur: ita in hiſce, reſtitutio Marchionatus Salutiarum ad aliam ſeſſionem eſt protracta; adeò ut Henricus jam ab aliquot annis omnia bono ordini in regno ſuo ſubjicere cupiens, à Sabaudiæ Duce rationem in-

vaſionis dicti Marchionatus reddi, eundemque realiter ſibi reſtitui voluerit. Hæc ditio exiguis quamvis terminis circumſcripta, non parum tamen momenti poſſidenti adfert, porta per eam reſeratur in Italiam, per quam Italia Gallorum vel invaſioni, vel ſuppetiis exponetur. Qui potentiam horum metuebant, intentioni Henrici reſiſtendi cauſam habebant; qui verò aliud quid timebant, illi adſtipulabantur. Ita ratio Status Italiæ hac in parte alia erat atque alia. Emanuel Sabaudiæ Dux, cujus potiſſimum præ aliis commodum hîc vertebatur, extrema tentat, quo tempeſtati huic ſe ſubducat, Regem Hiſpaniæ, ne deſerat, precibus ſollicitat, Cardinalem Aldobrandinum in ſuas partes flectit, ut Papam, Avunculum ſuum, ſibi faventem haberet, imprimis autem propriæ dexteritati ac prudentiæ plurimum tribuens, in Galliam iter parat, ut ſub ſpecie, negotia quædam pertractandi, miniſtros aliquot Henrici in ſuas partes pertraheret, aut alterius cujuſquam turbæ in regno iſto author eſſet; quo fine magnos faciebat ſumptus, ac tot artibus ute-

utebatur, ut parum abfuerit quin metam ferierit. Nihilominus, quia nimium rei incertæ fidebat, neque ullatenus diffidere poterat, tantoperè impegit, ut trium menſium ſpatio integro Breſſæ territorio & Ducatu Sabaudiæ exciderit. Principio hoc aſpero excitatus, ſuas in Galliâ molitiones continuat, ſubitas ex Hiſpaniâ ſuppetias depoſcit, Papamque, ut interceſſione ſuâ pax ineatur, exorat, qui hoc fine Cardinalem Aldobrandinum ad Henricum pacis Legatum mittit. Intereà quilibet eorum arma parat, alter, ut Pedemontum invadat, alter ut defendat: pacificatio tamen prævalebat. Illa namque anno M DC. concluſa fuit, ex quâ Sabaudia Duci reſtituta eſt, Henrico autem Breſſiæ territorium in commutationem Marchionatus Salutiarum ceſſit.

Quod autem Henricus hac in parte in Status ſui rationem impegerit, pacis deſiderium in cauſa eſt, cum certiſſimum ſit, blandiri ſibi quemque in iis, ad quæ imaginatione ſuâ rapitur. Princeps hic naturâ voluptates amabat, ac neceſſitate compulſus, occupatiſſimus tam diu

diu fuerat: adeò ut, cum pacis blanditias in regno experiretur, ſibique rebus geſtis ſat inclaruiſſe videretur, aliqualem maluerit recompenſationem dicti Marchionatus capere, quam diuturno bello implicari.

Pacificatio hæc, quia in præjudicium libertatis Principum Italiæ vergebat, Ferdinando, Magno Toſcaniæ Duci, tantam bilem movit, ut obtulerit, ſe 200000. coronatis, à ſe & Rep. Venetâ Cardinali Aldobrandino erogandis, illam reſciſſurum, id quod Henricus tamen detrectavit.

In causâ hac ejuſque exodio duo notanda veniunt, detrimentum illud Galliæ, per Marchionatus Salutiarum reſignationem illatum & commodum, ex Papæ ejuſque nepotum amicitiâ redundans. Per prius, Gallia fidei ſuæ in Italicis negotiis naufragium fecit, & Hiſpania potiſſimas obtinuit, contradicentibus ulterioribus liberata. Per poſterius, quemadmodum evidens eſt ex parte Catholicorum approbationẽ Papæ magnum ad rem adferre momentum, ſic etiã certum eſt, illam, non niſi prius

nepo-

nepotum ejus favore conciliato, & ponderoſis promptisque mediis, acquiri. Quia enim ſtabilimentum familiæ eorum vitæ avunculi eorum Papæ, qui utplurimum ætatis eſt provectioris, innititur: tempus procraſtinando perdere nolunt, undè is, qui primus eisdem gratificatur, primus etiam eoſdem in partes ſuas pertrahit.

Concludo ergò hinc, Hiſpaniarum Regis veram ſtatus rationem in eo verti, ut Gallos ab Italiâ arceat, ne qui ſibi contranitantur, habeat.

Gallorum verò Status ratio hæc eſt, ut portam in Italiam reſeratā habeant, non tantum, quò authoritatem ſuam ibidem ſtabiliant, verum etiam negotiis Italicis unà cum Hiſpanò ſe promiſcuè immiſcere queant.

Et Italorum vera ſtatus ratio eſt, ut omnes exteros Italiâ pellant, quod ſi nequeant, libertatem ſuam in tantum tueantur, quò Galliæ & Hiſpaniæ regna in æquilibrio remaneant.

Diſcurſus III.

DE CONTROVERSIA PAPÆ PAULI V. & Reipubl. VENETORUM, Anno 1605. exorta.

POſteaquàm ſedes Romana ad tantam Majeſtatis amplitudinem aſcendit, in quâ nunc caput effert, utique certum eſt, eandem etiam dignitati ſuæ paria conatam eſſe, quæ ſanè aliquandò minus, aliquandò plus emicuerunt, pro natura eorum, qui Pontificatui præfuerunt. Pontifices namque, quia dignitatis hujus oneri ferendo ſolâ prudentiâ ſunt pares, omni tempore progreſſus facere, & ſcopum attingere studuerunt: nihilominus machinationes ſuas diſſimulationibus adeò obnubilarunt, ut ad orbem Chriſtianum nullum hinc ſcandalum, nec ad Eccleſiam ullum probrum indè unquàm redundârit. Quidam eò uſque progreſſi ſunt, ut ſive zelo intempeſtivo, ſive apud poſteros gloriam venandi ſtudio, ſive violentis ſuis affectibus ſeducti, myſterium hoc univerſalis Romanæ Hierarchiæ inconſideratè publicaverint, quod ſanè, ſi ratio-

rationi & prudentiæ ſanæ obtemperaſſent, non, niſi re peracta, manifeſtare debuiſſent.

Ultimorum horum familiam ducebat Paulus V. qui Pontificatus ſui primordio ſtatim moderationem anteceſſorum ſuorum in vitio ponens, celocem ſuam in contrariam planè partem dirigere ſtatuit, idque dum vitam traheret, intempeſtivè quamvis, eniti, quòd aliàs aliquot ſecula, merosque ſucceſſus proſperos poſtulabat.

Quia autem conatus noſtri irriti ſunt, cùm circa objectum, quod obtineri nequit, occupantur, Paulus Reges magis quàm Reſpublicas metuens, quæ cum privatorum regimini pareant, tantâ potentiâ non pollent, cum his experimentum facere, ſibi propoſuit. Civitates Lucam & Genuam primum eſt adgreſſus, ſibique obedientes reddidit; tùm, quia potentia inferiores fuerunt; tum, quia alias perſonas particulares negotio huic immiſcuit, Curiæ Romanæ aut beneficiarias, aut beneficii ſpe nixas. His nondum ſatiatus Remp. Venetorum laceſſere conſtituit, eò quod ſedes

Ro-

Romana multis retrò lapſis annis ſatis oſtendiſſet, ſibi à civitate Venetâ in duobus præcipuè punctis necdum ſatisfactionem obveniſſe, Primò, quod omnes Eccleſiaſticos à regimine excluderet; ſecundò, quod nullam penſionem curiæ Romanæ dependeret.

Papa diu materiam plauſibilem bilem ſuam in Rempubl. hanc realiter effundendi, captavit, quæ anno 1605. ad nutum ejus ſe obtulit: Abbas quidam & Canonicus, enormium ſcandalorum rei facti, Venetias abducti, ibidemque carceribus mancipati fuerunt.

Eodem quoque tempore Reſpublica duo antiqua quædam ſtatuta in univerſo territorio ſuo renovaverat: primum ne bonorum immobilium quicquã Eccleſiaſticis alienare liceret; ſecundum ne quisquam ullam religioſam domum, absque ſpeciali Senatus indultu fundandi poteſtatem ſibi ſumeret.

Paulus hinc offenſam percipit, prætendens non poſſe ſe permittere, Eccleſiaſticos, quantumcunque ſit delictum, per ſecularem Magiſtratum judicari, ſuarumque tantummodò eſſe partium,

illos

illos pro libitu,aut condemnare,aut abſolvere. Bina quod attinet ſtatuta, illa, utpote conciliis ac conſtitutionibus Imperialibus adverſa, nullo robore gaudere.

Veneti, re maturè expensâ, ac parte ex unâ indignationis Papæ, ex alterâ libertatis publicæ rationem habentes, reſpondent, non poſſe ſe Eccleſiaſticos, legitimo juris tramite in captivitatem datos, extradere, nec leges, prægnanti de causâ latas, citra præjudicium libertatis, à Deo ipſis largitæ, ac tot annis majorum ſanguine conſervatæ, tollere. Et cum Respublica eorum hiſce legibus creverit, utique absque æternæ infamiæ nota,apud poſteros ſubſecuturæ, illas immutari non poſſe.

Papa magis magisque ſtomachatur, Venetosq; dicto audientes facere firmiter ſibi proponit.Veneti omnib⁹ modis rem amicè complanare ſtudent: rationes ſuas,etiã inſolitâ ſubmiſſione, proponunt; extraordinarium LegatumRomam mittunt, qui Papæ ſiniſtram de contemptu ſui conceptam ſuſpicionem eximeret, ſimul etiam eidem modum

ex præcipitio hoc, in quod proprio ductu inciderat, ſe extricandi oſtenderet: ſæpius quippe iratiorem ſe quis ſimulat, licet placari maximè expetat. Brevia Papæ, fulminationibus meris referta, cum reverentiâ ſuſcipiunt: Papæ ſatisfacere paratiſſimos ſe eſſe ſummâ cum ſubmiſſione remonſtrant, dumodò id fiat absque læſione communis Status omniũ Principum, fundamentaliumq; Reipubl. ſuæ legum, quibus omnium ædificiorum, in civitatibus ipſorum extructorum accuratam notitiam habere teneantur, ne indè libertati publicæ damnoſum quid exſurgat.

Quod collationem bonorum in Eccleſiaſticos concernit, illam citra ruinam viriũ Status ſui admitti non poſſe.

Eccleſiaſticos verò pœnæ eximi, non tantum ſuperioritati ipſorum, & poteſtati à Deo immediatè ipſis conceſſæ, detrahere, ſed & exemplo in Statu ſuo perniciosiſſimum eſſe.

Papa è contra reſpondet, non intereſſe ſuâ, leges eorum antiquæ ſint an recentes, & in arbitrio ſuo eſſe illas pro libitu immutare; nolle ſe prolixos cum

eis tractatus ſubire, ſed cœcam obediẽtiam requirere.

Intereà electionem Ducis invalidam declarandi operam ſibi ſumebat, eò quod cœptâ hac lite, peracta eſſet; quod cum meditatur, Dux electionem ſuam ſolitâ cum reverentiâ notificat.

Veneti, ut cauſæ ſuæ juſtitiam teſtatam facerent, eruditionis expertæ virorum conſultationibus illã ſubjiciebant, ac primariorum Europæ I Conſultor. reſponſa audire geſtiebant. Regibus & Principibus confœderatis, omnia controverſiæ hujus momenta, explicatiùs exponebant, & ut poſteritas juſtitiam cauſæ quoque cerneret, reſponſa eorum Papæ inſinuari curabant, quò, controverſiâ hac ſopitâ, mundo evidentia ejuſdem illuceſceret. Notandum & hoc, Legatum ipſorum non fuiſſe revocatum, niſi revocato priùs nuncio Apoſtolico. Quamvis enim extraordinarius indignationis conteſtandæ ergò receſſerat, Ordinarius tamen Romæ manſit, ut teſtatum facerent, ſemper ſibi pacificationem etiamnum cordi eſſe. Poſtquam verò tandem patientia eorum in

furorem tranſiiſſet, libertatis ſuæ defenſionem tantâ concordiâ ſuſceperunt, ut ne unicum quidem in Senatu votum diverſum auditum ſit. Quâ unanimitate Papæ ſpem illos diſtrahendi, à Jeſuitis ei factam, ademerunt.

Papa aliorſum reſpexit; ac parum attendit, bono an malo fundamine niteteretur. Negotium hoc non niſi ſerius Principibus aliis communicavit; imò ne Cardinalium quidem ſententiam, vel pro forma tantum, audivit.

Et hæc ſunt, quæ bello nondum aperto inter Papam & Venetos acta ſunt, ubi Veneti ſtrictiſſimè rationem Status ſui obſervarunt. Cum enim Reſp. hæc pacis magis, quam belli fundamini innitatur: & ob conſiliorum magis dexteritatem, quàm armorum ſplendorem celebretur, utique eſt ut ſingulari ſtudio armorum cauſas avertat.

Poſtquàm gladius ſtrictus, armiſque exordium datum fuit, Veneti ſe ipſos vincendo perfectiſſimum regiminis ſui exemplar poſteritati reliquerunt. Quemadmodum enim antè magna ſubmiſſione omnes litis materias amputare anite-

nitebantur: ſic poſtmodum conſtanti ſua animoſitate, quantum iniquitatem hanc indignarentur, oſtenderunt: Illis, qui pacificationis amicæ mentionem injiciebant, reſponderunt, emplaſtrum iſti membro imponendum, quod cauſam mali dediſſet; Papam ſpontaneam quandam indignationem concepiſſe, quæ nullo remedio, niſi ſpontanea pœnitentia ſanari poſſet. Interim tamen nullas pacis propoſitiones rejecerunt, hoc nihilominus conſtanter aſſerentes, ſe officio ſuo hac in cauſa ritè eſſe defunctos, Papamque Nuncium ſuum revocando omnia compoſitionis compita occluſiſſe, ac idcirco nunc ipſos, quos aſperitate ſua irritaſſet, placare teneri; nec niſi ſublatis ab eo cenſuris ad pacis media deſcenſuros. Attamen vel maximè hoc notandum venit, quod tempeſtatē hanc nullatenus exhorruerint, quin potius ſibi intra & extra ditionem ſuam de omnibus ad tantum impetum perferendum neceſſariis prudentiſſimè proſpexerint, adeoque nulla animorum alteratio apud eos ſcintillaverit. Subditi in obedientia debita perſtabant; civita-

tes ſubjectæ milites & pecuniam offerebant; Religioſi ſpontè obedientes erant; & nec una quidem ſanguinis gutta effuſa fuit.

Papa, dum animi ſui conſtantiam oſtendere debuiſſet, poſteaquam virus ſuum evomuiſſet, humanius rem gerere cœpit, ac non obſurè indicavit, velle ſe paciſci, dummodo id ſalvâ authoritate ſuâ fieri poſſet. Viſâ autem Venetorum inconcuſsâ conſtantiâ, armis cauſam ſuam tuendi, Catholicosque Principes iisdem implicandi, conſilium cepit.

Galliæ regnum non niſi arbitratoris munere defungi optabat, hancque laudis coronam indè mereri, quod rem usque adeò arduam inter duos ſummos Orbis Chriſtiani Principes definiviſſet; undè neutrius partibus ſe addixit. Verum quidem eſt, Villeregium ambitione ſeductum & dignitatem Cardinalitiam, operâ filii ſui tum temporis Legati perſonam Romæ ſuſtinentis, affectantem, principiò ad Pontificis partes inclinaſſe; videns verò, ſe ſpe fruſtratum, iterum ad temperamentum boni arbitri rediit. Sæpè itaque fit, ut privata Status

ratio

ratio publicæ præjudicet. Beatus ille Status eſt, in quo Gubernationum præfecti, adeò ſunt cordati, ut nullam aliam gloriam, niſi quæ cum Principis eorum honore inſeparabiliter ſit conjuncta, aucupentur.

Hiſpani flammæ huic oleum affundere ſatagebant, ſtatuentes, in manu ipſorum ſitum eſſe, bellum id impedire, aut ſibi bono promovere. Hinc ſpectatores otioſos fabulæ agebant, Legatoque ſuo Romæ reſidenti nil eo nomine demandarunt; qui tamen proprio nutu Papam in opinione ſuâ obfirmabat, galero Cardinalitio hoc medio fratrem ſuum donatum iri, ſperans.

Imperator Romanus arbitri partes ſibi ſumpſit. Poloniæ Rex à Venetorum partibus ſtabat. Principes Germaniæ nulla negotii hujus cura tetigit.

Angliæ rex controverſiam hanc in dies augeri, gaudebat, ſuppetias Venetis promittebat, idque non ſine prægnanti cauſa. Faciſè enim colligere potuit, reliquos Catholicos Principes hinc, leges ſuas ſimiliter conſervatum, evigilaturos, occaſionemque generalis

concilii indicendi daturos, quo mediante tot controverſiis colophon imponi poſſet.

Unitæ Provinciæ Belgii Venetis pecuniæ & commeatus ſubſidia pollicentur.

Principes Italiæ, ſentientes Papam rerum ſuarum ſatagere & fluctuare, non ſecus, quam ſi facti eum pœnitentia tangeret, neutri ſe parti, rationem Status ſui omnimodam habentes, addixerunt.

Dux Sabaudiæ ſolus affectibus ſuis ſe abripi paſſus eſt. Cum enim Veneti filios ejus in litterarum inſcriptionibus, more apud eos antiquiſſimo, tituloExcellentiæ tantum appellaſſent, adeò impotenter id tulit, ut legatum Venetum, inſtinctu Nuncii Apoſtolici, tum temporis apud ſe degentis, admittere noluerit. Nec tamen hîc primum, Princeps is à turbidis ſuis affectibus potius ſibi illudi, quam Status ſui rationi inhærere voluit.

Gallia, nulla compoſitionis media neglexit, neutri etiam parti plus, quam alteri favoris, ductum rationis ſui Sta-

tus ſequens, impertiit. Quia enim indignum judicabat, ignem belli inter duos hoſce Principes pacificos exardeſcere, ſanè nil commodi ex controverſia hâc haurire potuit, niſi belli, operâ ejus extincti, gloriam.

Hiſpani hoc odorantes, vela ſua aliò obverterunt, ac partem pacis ſibi vendicare voluerunt, quando belli continuandi conſilia non ſucceſſerant; non quidem latuit illos, Papam protectioni ipſorum ſe ſubmiſſurum, ac in hoc compoſitionis negotio illos pro libitu cum eodem diſponere poſſe, nihilominus etiam obfirmatam Venetorum conſtantiam conſpexerunt, ac de illâ flectenda deſperarunt. Quapropter Turcas concitare conati ſunt, ut auxilia eorum implorandi neceſſitatē ipſis imponerent, ſenatumque Venetum hac ratione conditionibus pacis, à Papa propoſitis ſubſcribere compellerent. Verùm hæc cum Turcis machinatio in tantū fruſtra fuit, ut & Venetis commoda extiterit. Cum enim Marchio S. Crucis ditionem Duras deprædatus fuiſſet, hac ſpe fretus, Turcas hoc nomine de Venetis,

uti loco iſti vicinis, ultionem ſumturos, aut ad minimum Golphum Venedicum invaſuros; accidit ut Turca Hiſpanorum ſtrophas ſentiens, ſupremo claſſis ſuæ Thalaſſiarcho, Venetis adverſus Papam & Hiſpanos auxilio ſuo adeſſe, injunxerit. Respubl. verò non conſultum duxit, oblato hocce Turcarum ſubſidio uti, ne medicina morbo fieret deterior, tantaq; cum dexteritate id declinavit, ut ne minimum quidem offenſionis apud Turcam contraxerit, ſimul autem Papæ oſtendit, habere ſe, quò, ſi neceſſe ſit, recurrat.

Hiſpani Papæ intempeſtivè exercitum integrum obtulerunt. Quidam in eâ ſunt opinione, factum id fuiſſe, ut tantò citius Venetos ad moderationem redigerent, verùm alius in herbâ anguis latitabat. Omnia enim illa, quæ Hiſpani tum temporis in gratiam Pontificis faciebant, non niſi indè proveniebant, quod Lermæ Dux, cui Papa in brevibus ſuis Excellentiæ titulum tribuebat, vano quodam honore titillabatur.

Tandem Hiſpania didicit, litigium hoc jam jam deſiturum, & gloriam paci-

cificationis, initæ Galliæ Regi ceſſuram; Legatos itaque ſuos ad hanc vel illam partem expedivit, ſed ſerò nimis. Galli enim pacis negotium antea jam eò deduxerant, ut manibus ipſorum eripi non poſſet. Et quamvis Hiſpani omni conatu compoſitioni huic peſſulum objicere ſtuduerint, gloria tamen totalis Henrico obtigit, qui prudentiâ & dexteritate Cardinalis Joyeuſii & Domini de Frenes-Canaye, Legati apud Venetos ordinarii, controverſiæ huic terminum poſuit. Captivi præfato Legato traditi: Venetorum ſtatuta ſuo robori relicta fuerunt; Papa verò interdictum, absque ulla Venetorum ſubmiſſione, revocare compulſus eſt.

Bellum hoc intra tractatus conſtitit, ex quo tamen Veneti ſolidam victoriã reportârunt: Et fatendum eſt, eâ parte illos eſſe impetitos, quâ viribus prævalebant.

In toto negotio Veneti regulas veræ Status ſui rationis diligenter obſervârunt. Papa contrarium fecit. Hiſpani fruſtra operam perdiderunt: & Gallia

ſcopum attigit, quem intendit; ac inde omnis gloria ad illam redundavit.

Diſcurſus IV.

DE INDUCIIS BELGII UNITI CUM HISPANIARUM REGE.

ARmiſtitium unitarum Provinciarum Belgii cum Rege Hiſpaniæ lapis lydius eſt, Hiſpanorum artes in negotiis, imprimis pacis, probans.

Hiſpaniæ Rex videns, Statum hunc bello ultra quadraginta annos geſto, non frangi, quin potius argumentum virium & facultatum inde capere, probroſum ſibi eſſe judicans, paciſci cum his, quos anteà pro rebellibus habuerat, omnibus viribus terram hanc invadere ſenſumque belli ad præcordia uſque illi infigere conſtituit. Hinc Marchionem Spinolam, Ducem belli, iſtius temporis, clariſſimum, primo vere, valido, & quidem bino exercitu, altero Friſiam, altero Hollandiam aggredi juſſit: Mauritius nihilominus, Auriacæ Princeps: (diſciplinæ militaris priſtinæ reſtaurator) viribus quamvis impar, ſituatio-

ne

ne tamen commodâ iſtarum provinciarum prævalens, ſuperiores tenuit, ac potentiam tantam repreſſit. Ita ut inde omni ſpe Belgium confœderatum armis ſubigendi Hiſpaniæ Regi demptâ, etiam cum authoritatis ſuæ jacturâ ferias bello facere conſtituerit; Principaliter, ut Indica commercia, à Belgis hactenùs jam maximè turbata, ſolus ſibi teneret; & ut inter eoſdem durantibus induciis, diſcordiæ ſemina ſpargeret, ac arma ſua adverſus homines, deguſtatâ ſemel pacis dulcedine, bello quaſi deſuetos, tantò felicius reſumere poſſet, ſperans, re benè ſuccedente, exiſtimationem ſuam, quam alias ſtrictè obſervare conſuevit, hic tamen proſtituit, facilè recuperatum iri. Monachus hæc primũ negotiatori Hollandico aperuit. Fiduciâ Ordinibus unitis propinatâ, pro liberis Statibus ab Hiſpaniæ Rege ſe habitum iri, aures eos arrigere fecit; quocirca tantò melius cauſam hanc pertractandi gratia, armorum induciæ ſunt ſubſecutæ.

Rex hæc vicinos & quorumcunque intererat, Principes expergefecit. Hen-

ricum diſcors agebat ſententia, partim ob Status regni ſui rationem, quam perſpectiſſimam habebat, partim ob privatas paſſiones: Ordines Belgii propriiStatus rationem habentes,ſuppetias ei in anguſtiis tulerant,ille è contra eâdem de causâ, rebus ſuis florentibus, ope ſuâ eiſdem non defuit. Continuari ab ipſis bellum optaſſet quidem, dummodò eiſdem ſubvenire neceſſe non habuiſſet. Hi belli continuationem promittebant, ſub hac conditione,ut ſubſidium pecuniarum annuū duplicaret: Parſimoniâ illum, non tamen verâ Status ſui ratione ſepoſitâ, continuit, hoc ſibi utilitatis fingens,arma pace aut belli feriis diuturnioribus è vicinia ſua verruncari ſibique honori fore, Provincias haſce, ſe juvante, liberas declaratas; Hinc eò conſilia direxit, ut in hac pacis negotiatione arbitri munere fungeretur, ac in Belgii utilitatem mediatorem ageret.

Jacobi I. Angliæ Regis tranquilla mens, cum veram Status ſui rationem conſiderare præpediebat, quæ in eo conſiſtebat, ut bellum hoc in provincia

iſtâ

iſtâ foveret, ad conſumendum hoc modo vires Hiſpanicas, & impediendum, ne in ipſum illæ ſe exſererent; ſufficiebat itaq; ei negotiationi huic per Legatos intereſſe. Plurimi Principum Proteſtantium Germaniæ, ab armis Hiſpanicis, poſt belli ferias cum Belgis pactas, ſibi metuentes, Legatos ſuos, haſce impeditum, aut apud promotores earum protectionem ſibi reſervatũ, expediunt. Mauritius, cujus particularis Status ratio publicæ Status rationi conjungebatur, paci huic extremis modis reclamabat. Barnefeldus, apud Belgii Ordines plus pollens, paceq; potius, quam bello authoritatem ſuam accreturam cernens, Status publici rationem proprio Statui ſubordinabat. Ecce tabulam veram affectionum eorum, qui circa hoc pacis negotium occupabantur.

Ut autem vera Ordinum confœderatorum Status ratio tantò accuratiùs perſpiciatur, aliquantò altius res repetenda, & ad primam originẽ retroſpiciendum eſt. Guilhelmus Naſſovius, Auriacæ Princeps, qui ſolus, non repugnante multijugâ invidiâ Philippi quoque,

iſtius ſeculi potentiſſimi & prudentiſſimi Principis ſtupendâ potentiâ, novi Status fundatione, hoc ſeculo inclaruit, multa diverſa membra conſolidare neceſſe habuit, quouſque iis tamen conditionibus, quas quælibet provincia & civitas poſtulavit, illa in unum corpus redegit. Quia enim in populum incidit, cui omni tempore libertas magis, quàm vita cordi fuit, conditiones, quibus illum ſibi junxerat, mutare potis non fuit. Hinc in Statu hoc tot diverſæ ſunt Reſpublicæ, quot civitates, apud quas in conventibus generalibus votorum pluralitas locum non habet: ita ut ſi hæc vel illa civitas conſenſum non impertiat, nemo ad parendum obligetur. Unde Guilhelmus libertatis ipſorum deſiderium implere, ne ſcil. cum Philippo in gratiam redirent, quam leges paci convenientes illis præſcribere maluit. Mauritius, filius ejus, belli artibus innutritus, imprimis ſedulam operam diſciplinæ militari, ex quâ ſalus provinciæ tùm temporis dependebat, conſervandæ impendit. Qua quidem in re omnes ſui ævi belli Duces antegreſ-

ſus eſt; ita ut, cum provinciæ hæc belli artibus inſtructiſſimæ ſint, pacis verò legibus malè ſuffultæ, evidens ſit, veram earum Status rationem in belli continuatione conſiſtere.

Legati Hagæ Comitis congregati, pacificationem pro exigentia rationis Status ſuorum Principum orſi ſunt. Hiſpani difficiles ſe præbuerunt in ratificanda declaratione Archiducis, quâ illos liberos & abſolutos Status recognoſcebat, eo fine, ut tantò acceptior illa eſſet, & vice verſa, dum ſe indulgenter oſtenderent, conditiones illis nocivas obtinerent: quales ſunt, liberi religionis exercitii Catholicorũ conceſſio, diſtractioni eorum inſerviens: Indicæ navigationis abdicatio, mercatores, potiſſima eorum membra, ad rebellionem ſtimulans, & permutatio quorundam locorum, Hiſpanis commoda, confœderatis verò Ordinibus pernicioſa.

Mauritius acriter conditionibus hiſce reclamavit: Barnefeldus approbare auſus non fuit; nec Gallia & Anglia, venenum ſub iisdem latitans bene intelligens, concoquere eas potuit. Pacis itaque

itaque negotiatione irrita, induciarum aliquot annorum injecta eſt mentio: Mauritius iterum peſſulum iiſdem obtrudere ſatagit; Barnefeldus, quia Galliam & Angliam applaudentem habet, conſentit, atque ita tractatus continuantur. Hiſpani animadvertentes ſe conditiones illas, quas cupiebant, non obtenturos, quiete tamen indigi, binos illos articulos, Statuum libertatem & negotiationem Indicam concernentes, ambiguitatibus adeò obnubilare ſtuduerunt, ut exiſtimationem ſuam ſartam tuerentur, & pro exigentia rei in commodum ſuum illos interpretari poſſent.

Ex altera parte Galli, ut Ordines tantò citiùs tractatibus ultimam manum imponere inducerent, fœdus cum iiſdem pepigerunt, quo decem millia militum ſuſtentare receperunt, ad præcavendũ, ne quid adverſus inducias committeretur. Hiſpanis verò eo nomine querulis reſponſum, ipſorum in utilitatem hoc peragi, quia citra id ſcopum attingere non poſſent. Mauritius ergò, cum impedire non poſſet, tandem acquievit, dummodò tamen, pro aſſecuratione

ratione Status exercitus ſemper in promptu eſſet. Henricus conditionem hanc calculo ſuo approbavit, ac 4000. peditum & 2000. equitum ſubſidium ſubminiſtravit. Hinc tandem armorum induciæ duodecennales pactæ, Ordines Belgii pro liberis & abſolutis Statibus, eorumque Legati iſtius conditionis à Principibus ſunt habiti. Hac ratione hæc biennalis negotiatio finem ſortita eſt, qua durante altera pars alteram circumvenire ſeduſa fuit, & unaquæque perſuaſum habuit, ſe votis ſuis potitam eſſe. Henricus revera ex negotio hoc principalem gloriam, Ordines autem, induſtria ejus, potiſſimum commodum adepti ſunt. Cum autem poſt mortem illius filius Ludovicus XIII. anno ætatis ſuæ IX. in thronum ejus ſuccederet, omnia in Gallia mutationi ſummæ fuêre obnoxia. Maria namque, clavum regni moderans, authoritatemque ſuam adverſus regni Principes & Magnates conſervare cupiens, plurima diſſidia inter eoſdem excitavit, ac tutelæ Romæ & Hiſpaniæ ſe commiſit, exiſtimans, unius vel alterius opem ſibi uſui fore; ita

ut durante ejusdem regimine, vera ratio Status Galliæ neglecta, & contraria omninò obſervata fuerit.

Hiſpani tam optatam occaſionem dilabi non ſunt paſſi, in negotio imprimis Belgico cum Arminianis, quos Barnefeldus, quia artibus Hiſpanicis Galliam in partes ſuas pertraxerat, adverſus Auriacum Principem tutari præſumebat: ita ut ex hoc religionis negotio Statui huic tantum periculum creatum fuerit, quod integram Rempublicam evertere potuiſſet. Tunc ergo temporis omnes Hiſpanus machinas intendit, ut Reginam Mariam negotiis Belgicis implicaret, perſuadens ei, hoc diſſidium authoritati ejus proficuum fore, ne videl. Status Belgii Principibus ſanguinis, malè erga eam affectis, ut Proteſtantibus Galliæ ſubvenire poſſent; ſuperſtitione, quæ ſiniſtra eſt conſiliatrix, ludit; ita ut Legati Gallici ſub religionis prætextu negotiis Hiſpanicis in Hollandia promovendis ipſimet ſeduli fuerint, conatibus Barnefeldii idcircò obſtetricantes, & diſſidiorum incendia, in Statu iſto exorto nutrientes, parum ut

abſuerit, quin Reſpublica hæc tàm ſubitò extincta fuiſſet, atque anteà nata erat, niſi Principis Mauritii virtus atque conſtantia, aſſiſtentiâ militum ſuorum fulta medicinam huic malo feciſſet.

Ex ſupradictis itaque, & eventu negotii hujus colligi poteſt, Belgii confœderati veram Status rationem in continuis adverſus Hiſpaniam bellis conſiſtere, & ex ſe aliàs ruituram: Galliæ & Angliæ incumbere, ſuppetiis huic adeſſe, ut habeat Hiſpania, ubi vires ſuas perdat: Germaniæ Principum, belli fomites ſubjicere, ne cervicibus eorum moles hæc irruat: Hiſpanorum verò Status ratio poſtulat, omnes alios confuſionibus intricare, aut alterum adverſus alterum ciere ne adverſus ſe mutuò conſpirent. Quam primum enim hic vel ille Status Maximas haſce flocci pendit, actutùm de eo eſt conclamatum.

Diſcurſus V.

DE SUCCESSIONIS CLIVIÆ ET JULIÆ NEGOTIO.

A Carolo V. uſque ad præſentia tempora Germania felix fuit, quouſque videlicet rationem veram Status ſui coluit, ac Imperatores cancellis legũ fundamentalium circumſcripſit: quæ ſanè illius & reliquorum Statuum potentiam æquilibrem faciunt, ne alterutrius nimium exundet.

Electores Imperii primo hanc Status ſui rationem neglexerunt, Imperatoriam dignitatem continuâ ſucceſſione pluribus unius familiæ conferendo, id quod in ſummum Romani Imperii legum fundamentalium præjudiciũ vergit; idque imprimis domui Auſtriacæ obvenit, eo tempore, quo cum regno Hiſpaniæ quaſi coaluit. Cernens namque ſe in dignitate hac quaſi confirmari, ac ab Hiſpanicâ potentiâ fulciri, illam perpetuandi conſilium cepit, & ne ſucceſſu temporis conatibus fruſtraretur, eos, qui jure luminibus ejus officere potuiſſent, opprimere ac per abolitionem legum Imperii, præcipuorumque Statuum & Civitatum uſurpationem, ſe elevare conata eſt.

Prima occaſio, quæ hanc domus Au-

ſtriacæ

ſtriacæ intentionem noſtro ſeculo prodidit, in ſucceſſione terrarum Juliæ & Cliviæ, initio menſis Martii, ANNO M. DC. IX. poſt deceſſum Ducis Johannis Guilelmi ſeſe manifeſtavit, qui improlis ditiones haſce quatuor reliquis ſuis ſororibus, Electori Brandenburgico, Duci Neoburgico, Duci Bipontino, ac Marchioni Burgaviæ deſponſatis, reliquit. Prior integram ſucceſſionem ſibi arrogabat, quod primogenitam ſororem uxorē haberet. Alter idem expetebat, quod natu major ſoror fratre prior diem obiiſſet, conjunxque ſua ſenior eſſet omnium trium ſuperſtitum. Reliqui duo hæreditatem inter ſorores in quatuor æquales partes dividi volebant. Præterea Saxoniæ Elector, & Nivernenſis Dux antiquas ſuas prætenſiones denuò in ſcenam reducebant. Brandenburgicus & Neoburgius terras poſſeſſioni ſuæ ſubjecerant, indignante Imperatore, qui integram hæreditatem à ſe ſequeſtrari, ac ſententiam ab hæredibus expectari voluit; Hinc fratrem ſuum Archiducem Leopoldum eò mittit, qui Juliacum, totius provinciæ metropo-

tropolim, in poteſtatem ſuam redigit.

Bini hi poſſidentes Principes ſudem hanc obfixam videntes, facile calculum ponere potuerunt, ſequeſtrationem hanc in uſurpationem degeneraturam: Cum verò viribus ſe impares deprehenderent, ac vicinitatem Hiſpanici Belgii, cujusRegem tam optatam occaſionem Domui Auſtriacæ & Patrueli ſuo ſubveniendi non neglecturum firmiter ſibi perſuadebant, ſuſpectam haberent, auxilia eorum, quorum maximè potentiam dictæ domus reſtringi intererat, implorârunt: Fœdera itaque cum Galliâ, Angliâ, confœderatis Belgis, ac potiſſimâ Proteſtantium Germaniæ Principum corona iciunt, qui recuperandi Juliaci, hactenus jam à Leopoldo expugnati, gratiâ, tantam militum manum coëgerunt ut felici planè ſucceſſu, morte quamvis Henrici, ante executionem, interveniente, rem ad optatum finem perduxerint, Hiſpanis ne quidem reſiſtere auſis.

Conſideretur ergò in hac causâ unius cujusque vera Status ratio. Romani Imperatoris erat, optatam occaſionem

tan-

tantam Germaniæ ditionem occupandi non negligere. Hiſpanorum Regis, illi in hac cauſa opitulari, partim communis intentionis, in promotione ſalutis Domuũ ſuarũ conſiſtentis, partim proximæ vicinitatis, qua terra hæc Belgio jungitur, gratiâ. Hæredum verorum, ſuũ tueri. Principum Germaniæ, prępedire, ne diffuſa illa potentia plus nimiò hactenus ipſis ſuſpecta magis excreſceret. Gallorum & Hollandorũ, impedimento eſſe, ne domus Auſtriaca augmentũ potentiæ ſumeret. Hucusque quilibet eorum perſonam ſuam benè egit. Maria autem, ut Hiſpanorum commoda, qui eidem quoq; mutuas operas, ad intentionem ſuam promovendam, promiſerant, promoveret, neglecta ratione Status Galliæ, Hiſpanis in ſucceſſione ſua interturbanda adjutamento fuit.

Cui malo imprudentia quædam Principum poſſidentiũ obſtetricata eſt, materiamque præbuit Hiſpanis cauſam denuò reaſſumendi. Liberi Brandeburgici & Neoburgici terras haſce conjunctim regebant; munimenta utriusque partis præſidiis cuſtodiebantur; unum palatiũ

ab illis conjunctim habitabatur, ac negotia incidentia promiſcuè inter ipſos tractabantur. Quæ omnia tamen exiguo tempore terminabantur, difficile cū ſit, Statum quempiam citra diſcordiam taliter diu regi poſſe, imprimis inter duos Principes diverſarum familiarum, & aliqua ex parte religionum. Diffidentia mutuâ transverſum rapi cœperunt, quo animadverſio cognati utrinq; ne indies malum hoc creſceret, autores illis fuerunt, ut matrimonio cognationem firmarent: Neoburgicus conſilium hoc amplectitur, ac Electorem Brandeburgicum it quæſitum, juniorem filiam ſibi in matrimonium ut daret. Quemadmodum autem optimi cibi, ſi corruptionem experti fuerint, in toxicum convertuntur: ſic ſalubre hoc conſilium, binis hiſce Principibus in amicitiæ accretionem ſuggeſtum, caſu aliquo intercedente, in implacabile odium converſum eſt, quod utrumq; circa ſucceſſionem peſſumdedit. Durantibus enim conviviorum gaudiis, Elector, irâ ob diſcurſum quendum, in propriis ædibus habitum, percitus, Neoburgicum adeò offen-

offendit, ut & alapam ei impegerit, nihilominus autem eidem ſatisfactionem hoc nomine poſteà præſtare noluerit. Neoburgicus ergò conjugis loco, tantam in animo ſuo offenſam concepit, ut omni conſilio ſano rejecto, vindictam tantùm ſpiraverit. Poſteaquàm ergò Princeps hic indignabundus in Cliviæ terras rediiſſet, Hiſpani levidenſi operâ eum in partes ſuas pertraxerunt; Ducis Bavariæ ſororem ei in matrimonium ſpondent, ac ad religionem Catholicam, quò Catholicæ Ligæ in Germaniâ ſe acceptiorem redderet, perſuaſionibus eum adducunt, & in protectionem ſuam receptum, penſiones ei elargiuntur.

Ordines confœderati Belgii intelligentes, quam nociva ipſis ſubita hæc mutatio foret, Brandeburgico ſuccurrere ſtatuerunt, Principes hi à verborũ litigiis ad arma deſcendunt; Neoburgicus Duſſeldorpium intercipit, Brandeburgicus contrà Juliacum. Quo motus Hiſpaniæ Rex exercitum, illud recipiendi gratiâ, cogit: Ordines Belgii è contrà ad defenſionem ejus ſe accin-

gunt, præſidiis & commeatu illud muniunt, & ad longinquam obſidionem exantlandam inſtruunt. Gallia, quoniã vera ratio Status ibidem exulabat, verbis & legationibus omnia peragebat: Anglia Galliam laſſo pede incedere videns, ſatis eſſe duxit, ſi ad exemplum illius Legatos emitteret. Germaniæ Principes, à regni hiſce deſerti, ac ab invicem religionis & affectuum erga binos hoſce Principes diſcrepantia diſcordes, nihil omninò egerunt. Hiſpania videns, cum ſolis Belgii Ordinibus ſibi rem eſſe, pergit; & dum utriuſque regni Legatos verbis obſopit, Spinolam magno cum exercitu eò mittit, qui Juliaci obſidionem ſimulans, quod tum temporis via expugnari potuiſſet. Rhenum tranſcendit, Veſaliam aggreditur, ac intra quatriduum occupat.

Mauritius, re animadverſâ, non diu moras nectit, ſed Legatos in tractatibus ſuis ſibi complacere ſinens, Embricam & Reſam in ſuam poteſtatem redigit: & bini hi exercitus ditionem hanc citra impeditionem ullius, ſubjugarunt, ſalvis nihilominus pacis induciis,

ciis, & incruento omninò bello. Cum enim alter horum belli Ducum locum quempiam intercepiſſet, alter citra ullam ulteriorem prætenſionem receptui cecinit, ac is potior erat, qui maturiùs pedem promovebat. Hæc autem modeſtia inde originem duxit, quod Spinola Mauritii exercitum ſuo melius inſtructum eſſe cerneret; Mauritius è contra militi ſuo parceret, quia cardinem Provinciarum in eo verti intelligebat; nec quicquam præterea tentavit, ſed in diviſione hujus inſignis ditionis cum Spinola habitâ acquievit.

Hinc facilè liquet, Principum horum ruinám indè ortam eſſe, quod Neoburgicus privatis affectibus ſeductus, veram Status ſui rationē neglexerit, protectioni Hiſpaniæ Regis ſe ſubjiciendo, Status Germaniæ, repudiatâ Status ſui ratione, nulla rei hujus cura tetigerit; Gallia, poſthabitâ ratione Status Mauritii, propriam poſthabuerit: & Anglia Galliæ veſtigia preſſerit. Hiſpania è contra & Ordines Belgii confœderati maximò commodo ſe ipſos bearunt, dum utrinque veræ Status ſui rationi incubuerunt.

Diſcurſus VI.

DE ELECTIONE COMITIS PALATINI AD REGNUM BOHEMIÆ.

SI præliorum multitudo, aut ſtragum editarum copia, aut plurimorum Statuum immutatio, aut conditio Principum intereſſe habentium, aut diuturnitas temporis bello celebritatem conciliant, utique id de præſenti Germanico bello prædicari poteſt: hoc namque durante ultrá quindecim prælia, aperto Marte, ſunt commiſſa; ultra trecenta hominum millia cæſa; omnium ferè Germaniæ Statuum facies cum Dominis priſtinis, mutata; omnes Principes Europæ implicati, ac jam quatuordecim anni elapſi, ex quo bellum hoc cœpit, cujus exitus necdum cernitur.

Cauſam bello huic præbuit Archi-Ducis Ferdinandi de regno Bohemiæ motio, ac Friderici Palatini Rheni in Regem Bohemiæ electio. Prior dignitatem ſuam, ſibi juxta ſuam aſſertionem indebitè ademptam, conſervare voluit. Alter illam, ad quam ordinariâ viâ eve-

ctus fuit, defendere. Prior religionis negotium inde conſtituere, ut omnes Europæ Catholicos Principes illi involveret: Alter oſtendere, litem hanc politicum tantum Statum concernere, ut omnes, quibus amplâ illa potentia Hiſpanica ſuſpecta erat, ſeſe immiſcerent.

Ut autem ſententia juſta de maximâ hac commotione feratur, altius aliquantò res eſt repetenda. Notorium eſt, Germaniam poſt bellum, ob Juliæ & Cliviæ ſucceſſionem ſuſcitatum, in duas quaſi factiones diſpertitam fuiſſe; ac Proteſtantes, ad exemplum Ligæ Catholicæ unionem iniviſſe, hujusque caput Electorem Palatinum, perindè ut illius Bavariæ Dux erat, fuiſſe. Prætextus religionis defendendæ, utrinque aſſertus, ſummæ exacerbationis fomentum fuit: Et quia natio hæc longiori aliquantò tempore pacis delitias experta fuit, tædium ejus, poſt revolutionem orbis, contraxit. Cauſa tantùm deficiebat ſeſe mutuò aggrediendi.

Cauſam Bohemi, ſive ob notam animi ſui levitatem, ſive quod conſcientiis eorum vis inferebatur, ſive quod præ-

cipuos regni proceres faſtidium regiminis cepiſſet, ſive ob has cauſas conjunctim, ſubminiſtrarunt. Regem ſuum Ferdinandum regno movent, ac in locum ejus Fridericum Palatinum cooptant: & ut offenſio eſſet tantò irreconciliabilior, in pleno conſeſſu, Ferdinandi adhærentes ex feneſtra præcipites dederunt.

Contigit hoc anno M. DC. XIX. ac confeſtim utraque partium in campum deſcendit. Proteſtantes primi, utpotè jam anteà inſtructi, in aciem prodibant, Electionem hanc ſolummodò, ut ſcenæ ſuum darent prologum, expectantes. Ex adhærentibus Friderici Bethlehem Gabor omniū fuit operoſiſſimus, qui cum ex Nobili, inferioris conditionis, Tranſylvaniæ Princeps factus eſſet, Domum Auſtriacam omni tempore timuit, ac Principatum hunc proprietarium facere allaboravit, eoque fine tutelæ Imperatoris Turcici ſe concredidit, & quoniam tam optata occaſio domum iſtam opprimendi ſeſe offerebat, Status ipſius ratio illam evaneſcere non patiebatur. Ordinis Belgii fœderati, ne

rebus

rebus hiſce deeſſent, liberaliter contribuebant: Rex Daniæ hac eâdem de cauſa, tum & honoris ac exiſtimationis gratiâ, nepoti ſuo aſſiſtebat. Angliæ Rex, cujus tamen alia atque alia de cauſa plus quam horum intererat, tàm rationem Status, quam generum deſeruit. Galliarum Rex obliquabat curſum, ac neutraicem ſe gerebat. In quo rerum primordio Ferdinandus non uſque benè ſe habuit, ac in maximas anguſtias redactus fuit.

Hiſpaniarum Rex, omne malum tandem in ſe redundaturum, ſpeîque ſuæ & exiſtimationis periculum hac in re verti videns, quidvis egit & extrema conatus eſt; In Germania Electorem Saxoniæ, ambitionis veneno infectum, adverſus Palatinum concitat; prætendens illum à Domo Auſtriacâ Electoratum adeptum eſſe, ac ope ejus deſtitutum eam conſervare non poſſe; Romæ perſuadet, ſuum interitum Catholicæ religionis ruinam in fronte gerere, Orbemque Chriſtianum hâc ratione Turcarum deprædationi exponi, ita ut Papa, ratione Status ſui ſepoſitâ,

in partes Hiſpani concedat, militem & pecuniam ſubminiſtret, reliquosq; Catholicos Principes ad auxilia invitet: In Angliâ JacobumRegem facili negotio intra cancellos pacifici ingenii continere potuit: In Galliâ operâ nuncii Apoſtolici Ducem de Luynes in partes ſuas pertraxit: qui authoritate, quâ Maria Regina apud Regem Ludovicum pollebat, nixus, easdem maximas ſecutus eſt, Hiſpaniæ confidens, quæ occaſione tali oblatâ, non deeſt illis, qui ob tenuitatum virium ſecuritatem ſuā extra regnem quærunt; ita ut hujus favor Status rationi antelatus, auxiliumque Hiſpaniæ Regi collatum fuerit. Ut autem tantò majori cum fructu & occultius omnia ſuccederent, ficta quædam pacis negotiatio, miſſis ad utramque partemLegatis, cœpta fuit, acProteſtantes magniloquis, ſed fruſtraneis promiſſis decepti, optimæ victoriæ obtinendæ occaſionem, quàm in manibus quaſi tenebant, neglexerunt, & ut arma exuerent, perſuaſionib⁹ inducti ſunt. Intereà Catholici ſe recolligendi, undique vires attrahendi, de iis quæ è re ipſorū erant,

pro-

proſpiciendi, ac interveniente victoria Pragenſi, hoſtes ſuos profligandi ſpatiū nacti ſunt.

In hac negotii hujus revolutione Hiſpania victoria bene uſa eſt, continuando artes ſuas cum vicinis, ne intentio ſua excideret; Vires, quas in Belgio & Italia habebat, conjungendo, ut Romanum Imperium illis ſubjugaret. Timor & corruptio apud Germaniæ Principes & civitates Imperiales irrepſerunt; quilibet jugo collum ſubdere properabat, metuens, ſe ſerius venientem receptum non iri. Conſiliarii Principum pecuniâ corrumpebantur, atque ita quilibet catenis propriæ ſervituti cudendis manū admovebat.

Progreſſus hic Daniæ Regi timorem incuſſit, ne hoc Germaniæ incendium ſe etiam conſumeret: defenſioni itaque ſtudet; in campum prodit; verum ſuccumbit; partem ditionis ſuæ perdit, cujus recuperandæ ergò cogitur quaſi, conditionibus noxiis, depaciſci. Tranſylvanus hanc mutationē cernens, ſimiliter paciſcitur, æquioribus tamen conditionibus, propter Turcæ protectionē.

Ecce quam funeſta fuerit cataſtrophe revolutionis rerum in Germania geſtarum, quæ potiſſimum inde orta eſt, quod Gallia, Hiſpanicæ potentiæ bono, rationem Status ſui proſtituerit.

Deſcendamus nunc ad tertiam revolutionem. Difficilius quandoque eſt, obſecundanti fortunæ, quam ſcævo ejuſdem nutui ſe conformare, eò quod fortuna blandiens faſtum pariat, & torpedinis pelago nos immergat; adverſa vero expergiſcendi neceſſitatem nobis imponat, quidque facto opus ſit, doceat. Idem hoc domui Auſtriacæ uſu venit, quæ cum cerneret ſe periculoſum impetũ præter omnem ſpem, ſuſtinuiſſe, ſuperiores in Germania obtinuiſſe, tot ſe exercitus, hoſtium impenſis, ad præſentia tempora aluiſſe, & Galliam, alto quaſi ſomno oppreſſam, progreſſus hoſce nullatenus retudiſſe, bellis præterea civilib⁹ merſam eſſe, Angliam naſo ſe circumduci pati; Hollandos propriâ conſervatione occupari, nec ſpeciem quidem ullam apparere, quod Italia defenſioni ſuæ par eſſet; omni timore abdicato, quidvis contemnit.

Qua-

Quapropter intentionem ſuam non amplius religionis prætextu, qui anteà utiliter ipſi ſerviebat, obvelat, ſed ditionem Mantuani Ducis, Principis Catholicæ religioni addictiſſimi, aperto Marte invadit, prętendens, permitti non poſſe, Principem, ſanguine Gallico cretum, ullius Italiæ provinciæ dominium poſſidere; qui ſanè primus fuit notabilis error contra rationem Status commiſſus. Hæc enim uſurpatio omnibus Principibus & Italiæ Statibus teſtatum fecit, tempeſtatem hanc tandem quoque in ipſos erupturam: unde & Mantuæ Dux auxilia ab iis, quibus fortitudo circa pectus erat, imperavit.

Ludovicus injuriam hanc concoquere non poterat, & quia ipſum, cujus prudentia & animi promptitudo in re tàm arduâ, quam maximè requirebatur, ſana conſilia non deficiebant, ut eum in poſſeſſione ſuâ tueretur, arma ſua feliciter impendit, quæ prima fuit occaſio, quâ veram Status ſui rationem denuò attendit: Videns autem diverſionem ſibi ad hoc ipſum opus eſſe; at apud Germanos, hactenus ſervitutis la-

queîs conſtrictos, id peragi poſſe diffidens, in glacioſâ Septentrione illã quæſivit. Fama Guſtavi Suecorum Regis ad ipſum uſque penetraverat. Princeps hic qui gloriæ ardore flagrans, pectusque timoribus inacceſſum gerens, omnes difficultates, tàm in animo, quam exſecutione realiter ſuperavit, aures non occluſit. Wallenſteinii namque (Cæſariani exercitus generalis) in mari Balthico progreſſus, ac dominia ejus intercipiendi machinationes, ſatis ei manifeſtarunt, potentiam Auſtriacæ domus ſuſpectam eſſe, ſuiq; ſtatus rationem poſtulare, ut eidem ſe opponeret. In fœdus itaquè cum Gallia coit, & Germaniam ex ſervitute, in quâ hærebat, vindicatum, arma capit.

Ecce ſecundum Hiſpaniæ errorẽ contra proprii Status rationem commiſſum, quod Principem hunc contemptui habuerint. Cum enim is ex unâ parte armatâ manu Germaniam intraret, Cæſar ad requiſitionem Hiſpaniarum Regis fortiſſimos ſuorum militum in Italiam adverſus Mantuæ Ducem expeditionem facere jubet, qui tamen omnes ferè, co-

natu irrito, ibidem internecione ſunt deleti: Guſtavi econtra in Germaniâ progreſſus tales erant, ut Cæſariani & Hiſpani coacti fuerint, cum diſpendio eorum, quæ interceperant, ac exiſtimationis, cujus alioquin ſtudioſiſſimi ſunt, cum Gallis in Italiâ paciſci, copias attritas, ad Germaniæ ſubveniendum, colligere, Galliſque Caſalam in diribitoriũ, & Pignerolam, portam reſeratam, relinquere; ita ut libido Italiam ſubjugandi, Germaniæ rebus nondum ſatis proſpectis, utramque perdendi cauſam præbuerit.

Fxpeditio hæc proſpera Ludovicum in cognitionem errorum commiſſorum deduxit, cauſamque eidem, veram Statusſui rationem undique impoſterum apprehendendi, ſuppeditavit. Rhætos ex ſervitute vindicat, Belgii Ordinibus, ne belli inducias faciant, author eſt; Auxiliarem manum Suecis porrigit, etiam mortuo Guſtavo Adolpho; Electorem Trevirenſem adverſus Hiſpanicas perſecutiones protegit, & LotharingiæDucem, quia partibus Cæſaris adhæſerat, caſtigat. Uno verbo, lacunas priores

cum laude explet, id quod per gravitatem Conſiliariorum ipſi antè non licebat. Urbanus Hiſpanis & Germanis ſe liberatum videns, & ex invaſione Ducis Mantuæ concludens, tam Evangelicos, quàm Proteſtantes peti, etiam reniti cœpit. Reſpublica Veneta, quæ omniũ optimè veram Status ſui rationem perſpexit, ac ſæpè nimis eſt circumſpecta, quo vitio omnes Reſpublicæ belli ſtudiis non ſuffultæ, laborant, erga Ducem Mantuæ auxilia continuat. Amadæus Sabaudiæ Dux, poſtquam ex ſuo & Patris damno ſapere cœpit, cum anteà Statum ſuum perditum cucurriſſet, & veram Status rationem exulare juſſiſſet, Galliæ ſe iterum conjunxit. Reliqui Italiæ Principes Gallorum auxilia ipſis amputari non poſſe videntes, timorem ab Hiſpanis illatum depoſuerunt. Principes & civitates Imperiales Germaniæ, arma victricia Gallorum & Suecorum, alioſque fœderatos, diverſionibus ſuis iiſdem aſſiſtere conſpicientes, ac fauſta quævis impoſterum, de iis ominantes, animum recolligunt. Anglia ſola manus complicavit, periudè ac ſi alio planè in orbe ſita eſſet.

Ex

Ex altera parte Hiſpania denuò rebus ſuis obſtetricatur, religionis Catholicæ prætextum, hactenus pènitus ferè ſepoſitum, reaſſumit, & quia ſe erraſſe experitur, apud Papam contra Proteſtantes clamoſior fit, quàm antea, pecuniæ ſubſidia & excommunicationum fulmina ſollicitat, Venetis blanditur, Anglis paraſitatur, diſcordiam Regiæ in Gallia domus fovet, Ordines Belgii ad inducias invitat, Electorem Saxoniæ partibus Suecis ſubducere laborat, nec ullâ repulsâ ſe à propoſito divelli patitur: interim theſaurus Indicis non parcit, nec etiam hominibus, ſed novos exercitus cogit, quos hoſtibus objiciat. Breviter, neceſſitas quemlibet Status ſui rationem ſequi fecit. Quæ cauſa eſt, quod in poſtrema hâc revolutione bellum adeò ſit diuturnum.

Diſcurſus VII.

DE MOTIBUS OB SUCCESSIONEM DUCATUUM MANTUÆ ET MONTISFERRATI, IN ITALIA ORTIS.

Italia

ITalia altiſſimâ gaudebat pace, omni ſuſpicione, quæ aliàs Status quietem inquietare ſolet, vacua, cum Franciſcus Mantuæ Dux, præter omnem ſpem, fatis conceſſit, cujus obitus ſemen produxit, ex quo plurimæ vexationes in Provincia hac natæ ſunt. Nam Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux Ferdinando propter neptem ſuam Mariam ratione Marchionatus Montisferrati litem movebat, ac hoc ipſo ignem in Italia accendebat, poſteà nunquàm penitus extinguibilẽ, quin diverſis temporibus, ex cineribus novæ flammæ eruperint.

Ferdinandus plus cauſæ ſuæ bonitati, quã viribus tribuens, omnes illos Principes in auxilium evocabat, quos communis ſalus obligatos tenebat, ad tantam violentiam retundendam. Maria, quæ tum temporis regni Galliæ habenas moderabatur, durante minorennitate Regis, filii ſui, in pace tantum vivere ſtudebat, exiſtimans, ſat negotii ſibi eſſe, ſi factiones regni ſui tolleret, eosque placaret, qui authoritati ipſius detrahere poterant. Motuum in Italia rationem aliam non habuit, niſi ut illos componeret,

neret, nec amplius quid à Papa petiit, quam ut mediatoris partes ſumendo, controvertentium litem dirimeret.
Rex Hiſpaniæ autem hanc ſuccreſcentem diſcordiam alio obtutu aſpexit. Quia namque emolumentum, quod indè percipere poterat, ſpe devoraverat, in tantum ſollicitudo rei hujus eum tenuit, ut parum abfuerit, quin intentionem ſuam ad optatum finē perduxerit.

Italiæ principes fabulæ ſpectatores erant, actores eſſe noluerunt. Magnus Dux patrocinium Mantuani Ducis ſuſcepit, partim, quia ratio Status ſui exigebat, impotentiorem adverſus potentiorem ope ſublevari, partim etiam aliis privatis de cauſis, quæ illū ſtimulabant.

Dux Sabaudiæ res ſuas parūm feliciter ſuccedere deprehendens, ad negotiationem pacis propoſitę ſe induci paſſus eſt, ac ſufficere ſibi ad gloriam duxit, quod animum, vicinum aggrediendi habuiſſet; ſicque hic altum ſpirans conatus abiit in fumum. Conceptus namque erat contra omnem rationem cum Ducis Sabaudiæ & aliorum Italiæ Principum Status ratio, in litigio cum

vicinis non volvatur, eoque facto nihil aliud eos maneat, quàm ut alter horum duorum Regum, litem hanc conſopiendi partes ſibi ſumat, quod ſanè citra manifeſtum periculum nequit.

Hoc negotio ſedato, Hiſpaniæ Rex, qui ſemper Pedemonto, ubi bolo, palatum ſuum titillanti, inhiavit; ſpecioſum prætextum quæſivit Sabaudiæ Duci litem intentandi. Conſiderans namque Galliam Italicas turbas nihil afficere, Ducem Sabaudiæ priori bello pecuniâ & armis exhauſtum, reliquosque Italiæ principes inter ſe diſcordiæ ſerram reciprocare; hoc demum tempore eruptionem in Pedemontum facere conſtituit, ſperans, cum bello priori arbitri tantùm perſonam ſuſtinuiſſet, propriúque comodum ad ſe reſultans, non quæſiviſſet, ſe nunc lacunam illam expleturum, ac aliud bellum inchoaturum. Aleam ergò Martis jacit, & Sabaudiæ Ducem invadit, quia autem plus renitentiæ offendit atque putabat, tandem paciſci compulſus eſt. Verum eſt, Galliam, ſecundo hoc bello, ſupori ſe ſubduxiſſe, Mareſchallo tamen de Lesdiguieres potiſſi-

tiſſima debetur laus, qui in hoc bello præter privatum commodum, Galliam, ut veram Status ſui rationem apprehenderet, ſtimulavit, id quod in prioribus quoque motibus facto opus fuiſſet.

Secundis quoque hiſce turbis compoſitis, prudentiores benè judicarunt, Italiam pace diu beatam non fore: Videbant enim Ferdinandum Mantuæ Ducē improlem eſſe, fratrisq; ejus Vincentii vitam adeò incompoſitam, ut colligere facilè fuerit; illam diu protrahi non poſſe. Et exitus quoque ipſorum judicio reſpondit. Cum enim Vincentius, mortuo fratre, inordinatè vivere pergeret, atque ita vires corporis tempore citius deperderet, deceſſit, relicto ditionum ſuarum hærede Carolo de Gonzaga Duce Nivernenſe, proximo ſuo agnato, qui ſolus etiam jus ad illas, prætendebat.

Quamvis autem mors Vincentii diu antè præviſa fuerit, eâ tamen inauditâ, Principes Italiæ adeò perculſi ſunt, ut quilibet rebus ſuis incubare ſeriò inceperit.

Veneti prævidentes, Hiſpanos ſucceſſionem Ducis Nivernenſis, uti Principis

cipis Gallici, non facilè admiſſuros, ac idcirco Imperatori perſuaſuros, ne eundem inveſtiret, extrema tentare conſtituerunt, quo conatus Hiſpanorum infringerent. Præjudicare enim rebus ſuis plus nimio æſtimabant, Principem domui Auſtriacæ adhærentem, inveſtituram provinciæ, in territorio quaſi ipſorum conſtitutam obtinere. Obſidio Rupellæ ipſos maximè percellebat, cui Rex Galliæ tantopere ſe implicaverat, ut ſpes reſidua, illam brevi abſolvendi, nulla ſupereſſet. Papæ eadem erat mens ac Venetis: non tamen apertè Regi, ut obſidionem ſolveret, innuere audebat, ne privatum ſuum commodum, publico Eccleſiæ Catholicæ bono præferre videretur, de cujus honore agebatur, dum Proteſtantes deprimerentur.

Alii Italici Principes quieti manebant, haud audentes teſtari cui parti magis faverent. Sabaudiæ Dux ſolus ex hoc bello aliquid commodi ſperabat, ſolaque conceptus ſui opinione fretus, futurum ſibi perſuadebat, ut partam Montisferati ditionem cum Auſtriaca domo partiretur.

Hiſpa-

Hiſpaniæ, Rex occaſione ſedis ad Rupellam & conſilii Sabaudiæ Ducis, Carallum occupandum putabat. Hoc conſilium fuit optimum, cum ſpe magna felicioris ſucceſſus. Ut & omnes aliæ Hiſpanorum deliberationes, ita ad normã recti judicii eo uſque adaptatæ erant, ut nihil eſſe videretur, quod propoſitum eorum inhibere poſſet; donec proſperitatis hic curſus ſiſti inciperet. Ex hoc tempore continuam infauſtæ eorum fortunæ etiamnum revolutionem videmus. Siquidem Ludovicus incredibili audacia & diligentia vel invitis Anglis occupavit Rupellam, Suræ Territorium invaſit, Carolum ab obſidione liberavit, & totum Mediolanenſem Ducatum tanto affecit terrore, ut in Languedocenſibus motibus terminandis animum applicuiſſet, uno ſimul eum impetu Regi Hiſpaniarum eripuiſſet. Hiſpani revocato animo ac repetitis ſolitæ ſuæ prudentiæ] erroribus occupatisque Rhætis, ingentes copias per eorum ditionem deducant; in Italiam, Spinolam ad Gubernamen Mediolanenſe, demandantes: Exercitum in Italia conducunt, &

novam

novam Caſali obſidionē admoliuntur.

Ludovicus magnas ſuorum vires allegat in Pedemontium. Sabaudiæ Dux eas ſpe pacis vult morari: ſed invenit ingenium argutiis ſuis dignum, quod in ejus ac Spinolæ præſentia Pignerolam ei eripuit, æternum Ludovici Regni futurum apud poſteritatem monumentum.

Caſali obſidio non ceſſat. Peſtis in utroque exercitu graſſatur. Veneti ad Mantuam pugnant infeliciter. Mantua ipſa ex inſidiis occupatur. His omnibus infortuniis Ludovicus nequaquam fractus cum nova militum manu ad liberandum Caſalum pergit. Lugduni in morbum incidit. Hiſpanus ſemina diſcordiarum in ejus conſilio ſpargit, quæ feliciorem multarum heroïcarū actionum ſucceſſum inhibent. Interim poſt tot infauſtas tempeſtates, jam jam naufragiū paſſurus in portum redit. Ibi præcipue virtus ejus apparuit, contra quem omnes hæ admolitæ erant machinæ, nam tandem ex labyrintho hoc ad filum honoris emerſit. Rex ſanitati reſtituitur. Caſalum obſidione liberatur. Dux Mantuæ non tantum poſſeſſioni ſuæ reſtituitur,

tur, verùm (quod omni poſteritati admirationi cedet) ab ipſometImperatore cum privilegiis introducitur. Rhæti libertati ſuæ redduntur. Italia extraneis armis liberatur, totaque ei janua patet ad recipiendum ſuccurſum: & ut facilius à Lotharingiæ Ducis periculo ſit immunis, de Ducatu ejus ſecurior redditur, quo ſimul factum, ut tranſitus ex Italia in Flandriam fuerit inhibitus.

Ecce depictam ad vivum diſcordiarum tabulam; ubi primo Ducis Sabaudiæ animadvertitur error in eo, quod Montisferati partitionem cum Auſtriaca domo præconceperit, invitâ etiam Galliâ: cum res evidens eſſet haud ſecus futurum, quin vel alterutro vel utroque ſimul privaretur, niſi extraordinaria ergà illum clementia adhibita fuiſſet.

Res item manifeſta eſt Lotharingiæ Ducem ſui ſtatûs rationem penitus neglexiſſe, cùm tam alacriter in Cæſaris partes deſcenderet contra Regem Galliæ, eo videlicet tempore, quo Auſtriaca Domus vix ſuæ ſufficeret defenſioni, Galliæ autem Rex vel ultro quid aggredi paratus eſſet.

Quantum ad Imperatorem, nihil eſt quo ſeſe excuſari poſſet quod prius aggreſſus ſit Italiam, quàm totam turbarit Germaniam, ac totum ſimul religionis prætextum aboleverit, qui magno ei fuit uſui in opprimendo Mantuæ Duce, aliàs magno religionis Pontificiæ aſſecla.

Galliæ auſus hic æterna erit memoria celebris, qui, quamvis Angli Rupellenſibus in obſidione ſuppetias tulerint, & Rex quoque Hiſpaniarum Languedocenſi bello ſuccurſum ſimularet, nunquam à conſuetis ſuis maximis deſtitit, dum fortiter vicinos ſuos juvaret, undique Hiſpanorum conatibus obviam eundo. Unde concludere licet, Regis gloriam, Imperii magnitudinē, & ſummam, qua gaudet, nominis famam duraturas quam diu in hoc manſurus eſt propoſito.

FINIS.

PROJECT,

An Jhro Königl. Majeſt. zu Hungarn und Böheim.

Betreffent deſſen Election und Securitet.

Durchläuchtigſter Großmächtigſter König/ Gnädigſter Herr.

Ewer Königl. Majeſt. Hauptziel/ wornach man hoc tẽpore Interregni alle Gedankẽ und actiones richten ſoll ſeynd zwey/ aber conjunctim; nemblich Electio & Securitas, alſo daß wañ man auff eines oder das andere disjunctim trachten wird / nohtwendig fehlen muß/und dahero nicht wol dieElection allein/ ohne der Securitet, noch die Securitet ohne der Election zu befördern / noch zu erlangen ſeyn wird: Dann wann Ew. Königl. Mayt. zur Römiſchen Kron gelangen/ und nicht zugleich Jhre übrige Sachen alſo diſponiren,daß ſie der frembden Kronen Potenz nicht zu beſürchten haben/ wird Ew. Königl. Mayt. zwar die Käiſerl. Dignität verbleiben / Jhro Erb-Königreich und Lande aber in einen ſchweren Krieg gerahten / und ihre Subſiſtenz auff dem wandelbaren Glück des Kriegs

beſtehen / wie hergegen auch / dafern Ew. Mayt. allein auf Jhre Securitet gedencken / ſelbige auff den offenſiv-Krieg / & fœdera cum vicinis fundiren wollen / und nicht in acht nehmen / was Ew. Mayt. die Electìon entweder differiren, oder gantz verlieren machen dörffte / würde gleichfals Ew. Mayt. conſervation periclitiren / in deme von einer geringern macht / unter dem Namen eines Römiſchen Kaiſers beſſere effectus belli & ſecuritatis, als nicht von einer mehrern ſub nomine Regis, zu gewarten ſeyn. Bleibt alſo dieſes fundament unwiderſprechlich wahr / daß Ew. Majeſt. Jhre Wolfahrt auff die Election und Securitet conjunctim, und nicht disjunctim zu ſtellen haben.

Ex hoc principio hat man bey tractirung des fœderis Danici biß dato nichts admittiren wollen / ſo die Securitet, mit Hinderung der Election geben köndte. Ex hoc principio hat man ſo groſſe Unkoſten die vota Electoralia zu gewinnen angewendet / damit man ſub dignitate Imperatoria die Sicherheit der Erblanden umb deſto eher erhalten köndte.

Ex

Ex hoc principio hat man die arma auxiliaria in Polen wider Schweden / intra limites Poloniæ defendendæ tantum geſchickt / und extra limites biß hier nicht operiren laſſen / damit die Welt nicht davor halten ſolte / daß Ew. Mayt. Ihre potenz erweitern / aliena occupiren / und ihre Securitet in armis allein / poſthabitâ pace & Electione ſuchen wolten.

Weiln dann hieraus klärlich erſcheinet / daß Ew. Mayt. die Election und die Securitet conjunctim zu ſuchen haben / wie nicht weniger / daß Sie in Ihre actionibus bißher belli & pacis bey dieſem principio verblieben: als bleibt hierauff zu deliberiren übrig / 1. Ob auff dieſes der Polen und ChurFürſtens von Brandenburg Zumuhten / und auff des Iſola relation und Gutachten Ew. Mayt. von Ihrem principio abweichen ſollen / oder / Ob man in das begehrte fœdus offenſivum alſo einwilligen könne / daß man dadurch die Securitet, ſalva Electione non differenda erlangē werde / und Wie: & ſi non, quid ergo faciendum?

Ehe man auff dieſe Quæſtion komme / iſt nohtwendig kürtzlich zu begreiffen / in was Staat Ew. Mayt. wie auch der Kron Polen / Item des Königs in Schweden Sachen ſtehen / was vor reſpectus im Reich auff dieſes Werck ſeyn / und endlich / was Polen und Chur Brandenburg ſuchet und begehret.

Status Veſtræ Majeſtatis.

Ew. Mayt Potentz ſtehet in der Anzahl Volck / die bekandt / deren theils auff den Beinen / theils in Werbungen ſeyn / davon man kaum die Helffte zu hoffen / auſſer was in Polen iſt / wird meiſten theils ungeübt Volck ſeyn; die Diſpoſition des Italieniſchen Corpo iſt in Ew. Mayt. Gewalt nicht. Ergo vires onere quidem magnæ ſunt, ſed non re magnæ, quia diſtractæ, pro pace nimiæ, pro bello dubiæ, & ubi ſemel imminuentur, vix amplius ſupplendæ, weil Ew. Mayt. Landen exhaurirt, und die Laſt des Hofes und Kriges-Staats allzulang nicht ertragen können / & in fortuna ancipiti nicht werden wollẽ.

Das fœdus POLONICUM, innixũ in fide gentis non ſemper fide, gibt zwar

Ew.

Ew. Mayt. incluſionem in pace cum Sveco: reciproca obligatio aber bindet Ew. Mayt. ad defenſionem continuandam, quamdiu bellum durat ſive fauſtû ſive infauſtum.

In Imperio haben Ew. Mayt. in fortuna dubia keine Hülff; neutralitatem pro beneficio zu achten; extra Imperiû, Hiſpanos: die heut Hülff vonnöhten haben/ nicht geben können. In Italiâ die Fürſten nicht geben wollen. Von dem Pabſt allein benedictionem.

Negotium Electionis peragendæ ſtehet wol in Tractatu, peracta, wird Ew. Mayt. intra præſcriptas leges verſiren müſſen/ jedoch dabey eine Sicherheit gegeben/ ex fœdere Electorum ſo Sie zu manutention der election eingehen werden: Geſchichts den Winter nicht/ſo kans den Sommer über durch eigene contravention des Friedens/ oder andere accidentien, die die vicinæ potentiæ verurſachen können/entweder von E. M. transferirt, oder weit hinaus differirt werden.

Ut reliqua taceam.

Status Poloniæ.

Poloni wolten quocunque modo pacem lieber per tractatus quam arma, dann die auxilia noſtra je mehr exoſa ſeyn werden / je weniger ſie ſelbige vonnöhten haben. Beneficium acceptum nunquam referent, & ſpes ſucceſſionis domus Auſtriacæ wird entweder per tractatum pacis ex contradictione mediatoris & Svecorum, vel per comitia eorundem ab invidis evaneſciren: und wann dieſe nation ihre Sach nicht in acht nimpt/ ſo kan ſie in bellum Moſcoviticum & Coſaccorum noch wol involvirt werden/und Ew. Mayt. in novas curas.

Status Sveciæ.

Schweden hat viel Feinde / aber auſſer mit Moſcau mit allen andern gewonnen. Bey den Däniſchen Fuß in Land geſetzt/ Mittel zu Werbungen überkommen / auch von Franckreich / in Preuſſen alles wol beſetzt / kan auch per tractatus einen Fuß daſelbſt behalten / auch ſpem amicitiæ occultæ Brandeburgico geben / ſi non

juvet illa loca oppugnare, vel diſſuadeat; vel juvet mediatione, ut unum aut alterum retineat. Hat auch jus petendæ guarantiæ wider Dennemarck im Bremiſchen/ & ſpem à circulo Saxoniæ inferioris, etiam quoad Pomeraniam ſpecificè verſprochen.

Reſpectus Imperii.

Reſpectus Imperii aber ad hæc omnia iſt/ daß die Catholiſche ein Haupt erlangen/ mit dem Frieden/ damit ſie ſich mit Ihme conjungiren können / den Frieden wider außwärtige Gewalt zu erhalten; und nicht ein Haupt ſo im Krieg iſt / damit Sie ſich nicht conjungiren dörfften zum Krieg / und deſſen Laſt und Gefahr theilhafftig machen. Die Evangeliſche aber laſſen nicht zu / daß Schweden möge außgetilget werden / damit nicht ihnen in neceſſitate das aſylum ermangle. Alle Stände aber zuſammen gönnen dem Hochlöbl. Hauß Oeſterreich / daß es das jenige defendiren möge/ aber nicht mehrer acquiriren. Weil die allzugroſſe Macht Freund-und Feinden ſuſpect iſt/ne majora audere poſſit, quam putant ſemper velle.

Status Electoris Brande-burgici.

Status Electoris Brandeburgici iſt/ daß Er reconciliationem mit Schweden allzeit erlangen kan / ſonderlich da man glauben ſoll der Frantzöſiſchen intercipirten Relation, daß Jhm von Schweden erlaubet worden neutralitatem mit Polen einzugehen. Wer weis/ ob Er nicht alles Fleiſſes die Meditation zwiſchen Polen und Schweden offeriret, damit Er ab obligatione der Preuſſiſchen Ort zu attaquiren ſich befreyen möge: oder ob Er nicht alles Fleiſſes conjunctionem E. M. Waffen in Pommern begehret tanquam conditionem impoſſibilem & Electionis deſtructionem, damit Er ſich darin entſchuldigen möge. Oder auch / ob Er nicht alles Fleiſſes bellum offerirt, und zugleich ſeine inclination zu Abdanckung der Völcker erzeigt / damit Er ſelbige dem Schweden überlaſſen möge. Endlich wird dieſer Herr non obſtante quolicunque fœdere das jenige thun/ was Jhm allein nützt / pro temporis diverſitate.

So viel nun betrifft des Churfürſten

von

von Brandenburg inclination und Begehren / beſtehets fürglich in deme / quod velit vel bellum in Pomerania & Holſatia contra Suecos, conjunctis tamen Veſtræ Majeſtatis armis, etiam Polonorum, ſolus tamen Svecum aggredi recuſet; vel pacem maturandam ne militem ſuum fruſtra alat. Dieſes Begehren fomentiren gar ſehr die Polen / weil ſie das onus armorum auxiliariorum in andere Land transferiren wollen / & minantur pacem qualemcunque tandem concludendam, id eſt etiam ſeorſim, niſi alterutrum amplectamur.

His omnibus præmiſſis & bene conſideratis, dico 1. Daß aus dieſem newen Offenſiv-Krieg Ew. May. nichts anders vor ſich als die Sicherheit ſuchen können / die ſo dañ in ancipiti armorum fortuna, & dubia fœderatorum fide & pro diverſitate temporis vel commodorum aut labefactanda aut frangenda ſetzen würden; und die Securitet, die ſie ex defenſivo fœdere & ab Electore zu gewarten / entweder gänglich fallen laſſen / oder doch in incertum hinaus differiren: Dañ thun theils Churfürſten culpam parentis, wie

Sie es nennen / der Völcker halben in Italia / Ew. Mayt. tanquam innocenti imputiren, und die Election difficultiren, quærulanti Regi Galliæ gleichſam beyfallen / wie köndte man die Election auff Ew. Mayt. hoffen? da ſie notoriè den Frieden zu Münſter brechen würden / partem principalem paciſcentem die Cron Schweden in ihrer Satisfaction-Land hoſtiliter angreiffen / das Reich / abſonderlich aber vicinos Circulos wider die guarantiæ die Waffen zu ergreiffen / obligiren, und dieſes alles in effectu darumb / daß mit Ew. Mayt. Gefahr / und der Schweden oppreſſion; NB. der Chur-Fürſt von Brandenburg an Landen und Leuten noch mehr acquiriren, ut conſequenter non extinguatur potentia, ſed transferatur de perſona in perſonā, die dann in Collegio Electorali nicht ringer / quam Rex Bohemiæ eſt, & dupliciter metuenda.

Item, haben theils Churfürſten Bedencken / Ew. Mayt. zu eligiren, biß nicht wenigſt ein Verſuch der Friedens Tractaten zwiſchen Spanien und Franckreich geſchehen iſt / weiln Sie zweiffelen / ob nicht

nach der Election Ew. Mayt. doch den Frieden brechen würden/ durch Schickung der Succurs vor Spanien / und daß Sie deßwegen am' Rhein vor Franckreich nicht ſicher ſeyn werden. Wie vielmehr würden Sie jetzo außſtehen/da Ew. Mayt. ſelbſt principalem colligatum Regis Galliæ in terris Imperii bekriegen / die Kron Franckreich zum Succurs des Königes in Schweden / oder zur diverſion im Reich obligiren, und entweder Ew. Mayt. Perſon in electione præteriren, oder doch prætextum dilationis nehmen / biß der Friede zwiſchen Ew. Mayt. und Schweden gemacht würde. Dieſes aber würde Franckreich nicht ſo bald geſchehen laſſen/ weil ſein intereſſe mehres an dem liget / daß Ew. Mayt. Waffen völlig occupiret ſeyn / damit ſie Spanien mit Volck nicht ſuccurriren können/als nicht/ daß Er etliche mal hundert tauſend Kronen denen Schweden zum Kriege contribuiren thue.

So iſt auch Schweden in dem Standt nicht/ daß Ew. Mayt. Waffen neben des Chur-Fürſten von Brandenburg denſelben in einem Sommer ad quævis pacta

dringen können; ſitus Loci, die veſte Ort/ Die fœdera mit Franckreich und Cromwel/die Verſtändnis mit theils Fürſten im Reich/ die Maximen der Proteſtirenden/ Schweden auff den Fuſſen im Reich zu erhalten/zeigen ein anders.

So iſt nun nicht genug/ daß geſagt kan werden/man hätte numehr Schweden alſo offendirt, daß ſelbiger König/wañ er wird können / Ew. Mayt. in Dero Landen angreiffen wird. Dann ein anders iſt/ durch die arma auxiliaria Poloniæ defenſiva Schweden zu offendiret zu haben/ſo Ihme Catholiſche und Uncatholiſche wol gegönnet/damit Er nicht durch acquirirung newe Königreich/Anlaß nehme/einen Krieg aus dem andern / und endlich auch wider Sie zu führen. Und wiederumb / ein anders iſt/ Schweden und das Römiſche Reich zugleich zu offendiren, ſo mit dieſem Einfall im Reich nothwendig geſchehen müſte.

So iſt auch nicht rahtſam in die Gedancken zu gerahten/daß Ew. Mayt. durch die Waffen ad electionem coactivè werden gelangen können. Dann dergleichen das Reich umb Ew. Mayt. Hauß nicht ver-

dienet / daraus gleichwol dreyzehen Käiſer ſind erwehlet / und in quacunque fortuna & regendi modo erduldet worden. Ew. Mayt. und des Churfürſten võ Brandenburg Macht iſt dazu nicht baſtant; mehrer Stände werden ſich zu keiner Partheyen machen wollen / und ſolten Ew. Mayt. aus dieſer Urſach zur election nicht kommen / in was vor einen Stand / und in was vor Unkoſten / Ew. Mayt. Dero Lande und ſich ſetzen würden / iſt leicht zu ermeſſen; Der Groß-Türck / wie der E. Mayt. nicht pro primo electo Chriſtianitatis capite haltẽ / ſondern wie ers unbillig nennet / pro Rege Ungariæ ſuo tributario. Saltzburg / Bamberg / Freyſingen / Brixen und Trient würden materiam executionis diſputiren, und gleichſam Statum in ſtatu in Ew. Mayt. Landen fundiren wollen / die Camergefälle an der Donaw würden geſchmälert / auch ein examen moderationis à ſtatibus Imperii Ew. Mayt. zugemuhtet werden. Vieler andern accidentien zu geſchweigen / die man nicht vorſehen kan / conſequenter nennet man dieſes fœdus defenſivũ oder wie man wolle / operire es dieſen Winter oder in Früling

wenn es hoſtiliteten in Imperio einfüh-
ret/ ſo iſt es gefährlich / & deſtructivum
electionis.

Dico ſecundo; Daß dieſer Krieg in Pommern bellum injuſtum eſſet, & quidem ex parte Veſtræ Majeſtatis; weilen Ew. Mayt. in ſelbige keinen Fug haben/ und den Frieden zu Münſter halten / und da Sie Käiſer ſeyn wollen/ werden ſchweren müſſen/und dieſe mine, ſo die Schweden wider Ew. Mayt. Landen gethan / auch was Sie negotiirt haben / gnugſam compenſiret iſt worden/ in dem/ daß Ew. Mayt. wider Sie in Polen vorgenommen haben / auch bey andern Potentaten per negotia, die die Schweden angreiffen. Eſſe etiam injuſtum bellum ex parte Electoris Brandeburgici; weil es das Jus auff ſelbigen Theil Pommern / durch den Frieden volens renuntiiret, auch pro æquipollenti Halberſtadt / & poſt fata poſſeſſoris auch Magdeburg erhalten.

Dico tertiò; Eſto ſit juſtum; eſſet tamen difficile, & effectu nimis dubio; Dann entweder müſte man Schweden in ſeinen Landen ſuchen / und zu Standt brin-

bringen / dieſes aber kan Er entfliehen / weil er patron der Veſtungen iſt: oder müſte man ihn perſequiren, da er ins Reich weiter auff die Seiten ſich begäbe / auff dieſen Fall / wodurch Ew. Mayt. Waffen paſſiren / woſelbſt ſie propter belli incommoda die ſtatus Imperii ihr zu Feind machen / und cauſam zur garantia umb deſto mehr geben würde; oder müſte man veſte Ort attaquiren, wovor Ew. Mayte Armada conſumiret würde / der Poſſeſs der Orten Ew. Mayt. von Chur-Brandenburg diſputiret, der ſo gar gelotia gefaſſt / daß Ew. Mayt. in Polen einen oder andern noch beſitzen ſollen: oder da man im Felde ſtehen / und aus Mangel vivres die Magazin des Chur-Fürſten brauchen ſolte; hoc caſu Ew. Mayt. abermal einen groſſen Schulder-Laſt Ihro ſelbeſt auffbürden würde: oder müſte ſich die Armada wieder in Polen retiriren, ſo bey mir dubium, ob ſie es zulaſſen: mit Gewalt zu thun; würde ex amicis hoſtes machen: oder müſte man in die Erblande rücken; & hoc caſu würde alles auffzehren / Ew. Mayt. eigene Perſon einen Mangel verſpüren.

Dico

Dico quarto dieſes bellum würde die election nicht allein entweder hindern / oder doch weit hinaus transferiren, wenn es unglücklich hergienge ex circumſtantiis jam dictis, ſondern wenn es glücklich von ſtatten gienge/ würde es der Churfürſt ſelbeſt differiren helffen/ als der wol weis/ daß ipſa electio den curſum armorum ſiſtiren oder coerciren müſte / und alſo ſein Glück hindern; Item durante hoc fœdere & conſideratis aliquibus circumſtantiis rerum noſtrarum, würden Ew. Mayt. in ihren actionibus geſperret ſeyn; Der Churfürſt metu defectionis bald dieſes/ bald jenes / alſo und nicht anders haben wollen/ und was die verſtorbene Käiſerl. Mayt. ab Electore fœderato Catholico Ew. Mayt. ab hæretico leiden müſſen.

Reſtat ergo quid faciendum.

Auff dieſes bin ich der unvergreifflichen Meynung. Erſtlich/ daß dem Iſola auffgetragen werden ſolte/ den König in Polen und vornembſten Senatorn oretenus tantum dieſe Antwort zu geben/ E. M. arma auxiliaria hätten keine andere intention

jemahl gehabt/ und noch/als daß ſie Polen zu ihrer vorigen Sicherheit und Libertet verhelffen ſolten / die in deme izo beſtehe / daß die occupirte Pläze in Polen und Preuſſen von frembder Gewalt evacuiret werden. Und ſtehe noch die Armada in Polen/ damit ſie die übrige Ort in Preuſſen/ ſo bald es seyn kan / auch einnehmen helffen. Die Impreſſe in Pommern/weil ſie wider den Friden-Schluß zu Münſter läuft/ſo wol als wenn es die Zeit nicht leidet / und übele Conſequentien bey den Tractaten zu Franckfurt mit ſich brächte/ die vires auch diſtrahiret würden / und heiſſen dürffte/dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur; könte man nüzlich nicht vernehmen. Als vermeynete Jhre Mayt. daß man nichts unterlaſſen ſolte / quæ pacis & belli ſunt conjunctim vorzunehmē/ i. e. daß man/ ſo bald es ſeyn wird können/ die Pläze in Preuſſen attacquire; wo zu auch der ChurFürſt ex parte Polonorum ad ſocianda arma zu halten ſeyn wäre; damit er einige actus hoſtilitatis wider Schweden poſitivè exercire. Die Tractatus pacis ſo per Electorem Rex Sveciæ offeriret, köndte man geſchehē laſſen/

his tamen legibus conſtantiſſimè ſervatis, & mox ad initium dicendis.

1. Nullum fiat armiſtitium, ne tempus agendi fruſtra extrahatur, donec Suecis viribus auctis offendat impune.

2. Non admittantur tractatus ulli præliminares, ſed tractetur ſtatim de re ipſa.

3. Non admittatur ullus Mediator, ſed præſtitis hinc inde officiis ab Electore Brandeburgico inter tractandum partes principales rem per ſuos Miniſtros peragant.

4. Admittatur Rex Ungariæ per Miniſtros in tractatu Pacis, & in ipſa pace, VI CAPITULATIONIS tanquam principalis ſocius belli in Polonia defendenda.

5. Fiat iſte tractatus ſine oſtentatione, ne apud Moſchos & alios in ſuſpicionem veniamus.

6. Permittatur Sueco porta aperta contra Moſcum movendi arma, de hac re tamen ſermone tantum fiat mentio, non ſcripto.

7. Scribatur Iſolæ, ut his peractis ad Brandeburgicū Electorem ſe conferat,

& exponat cauſas, cur belli alea hodie anceps foret in Pomerania, ideoque illud ipſum neque Electori ſuadere, neque diſſimulare. Deinde acceptet oblatum defenſionis fœdus, cujus ſumma ſit, ut pro mutua regnorum, ſtatuum & provinciarum conterminarum defenſione, alter alteri ſuccurrat juſto exercitu, id eſt, decem millibus militum, partim peditum, partim equeſtrium, duretque fœdus hoc bello Polonico cum Suecis durante, & à finito, decem conſequentibus annis. Referat inſuper Electori, quæ ſibi à Rege Poloniæ commiſſa erunt de tractatu pacis, juxta ea quæ hinc illi quoque mandata ſunt; totum verò ſtudium eo intendat, ut tractatus ſine Gallorum, vel cujusvis alterius meditatione exceptis officiis Domini Electoris hinc inde præſtandis fiant, & Majeſtas Veſtra ut belli defenſivi ſocius Principalis comprehendatur: deinde ut pacificationi huic robur addatur, petat ab Electore Electionem Imperatoris maturari, & etiam hoc ipſum fœdus defenſivum.

Item ſcribatur Hazfeldio & Montecuculi ut exacta diſciplina ſervetur in milite,& ne iſte vel officiales etiam plus nimio petant, evitando hoc modo nimiam patientiæ læſionem.

3. Intra defenſionis terminos, concludatur,ſi velit, Chriſtophorus Seeſter fœdus, quia per fœdus Dano Succicum & ipſe includendus in pace erit.

Wann dieſes alſo auff dieſem Weg bleibet/ geſchiehet was Ew: Mayt. doch nicht hindern können / & ſe remittente clam periculoſius fieret; alteriren ohne Urſach Ihre principia nicht / thun die Status Imperii wider ſich nicht concitiren; ſuchen ihre Securitet cum electione conjunctim. Stellen Ihre Subſiſtenz nicht in arbitrio fœderati parū fidi,vel ipſius fortunæ. Zeigen animum moderatum, und kommen auff dieſe objection, was aber auff dieſen Friedens-Fall mit den Völckern zu thun/leicht antworten. Alſo/ donec vicina bella durabunt, können Ew. Mayt. juſtum exercitum in ihren Landen wol halten. Was drüber iſt / per vias licitas, der CronSpanien überlaſſen/ welches ſelbiger Cronen beſſer zu ſtatten kom-

kommen kan/ als nicht/ wann Ew. Mayt. in groſſem Krieg begriffen/ da ſie begehren thäten / was Ew. Mayt. ſelbſt bedürffen würden / und ſich Jhro Erblanden zur Satisfaction und defenſion in omnem caſum nicht ohne Kleinmütigkeit derſelben entblöſſen könten.

Was des Churfürſten von Brandenburg particular deſideria betrifft / weil Sie alio loco & tempore zu deliberiren ſeyn/ ſtelle ich ſolche dahin; dieſes alles aber meliori judicio unterwerffend

Ew. Königl. Mayt.

Allerunterthänigſt

gehorſamſter

Præſentatum
d.6.Decembr.
1657.

Fürſt von Aurſperg.

A 531380 DUPL

UNIVERSITY OF MICHIGAN

3 9015 C